AULÆ ECCLESIASTICÆ
ET
HORTI CRUSIANI SUBVERSIO

SIVE

R. P. F. *ROMANI HAY*

aliorumque

COMMENTORUM DISCUSSIO

Authore

R. P. JOANNE CRUSIO

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JODOCUM KALCOVIUM Bibliopolam.

ANNO M. DC. LIII.

FACULTAS SERENISSIMI ET REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS, S. R. I. PRINCIPIS ELECTORIS &c.

MAXIMILIANUS HENRICUS Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archicancellarius, & Dictæ Sedis Legatus Natus, Epiſcopus ac Princeps Leodienſis & Hildeſienſis, Adminiſtrator Berchteſgadenſis, utriuſque Bavariæ, Superioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullonii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landtgravius Leuchtenbergenſ. Marchio Franchimontenſ. Comes Loſſenſ. & Hornenſ. &c. Cum hoc in Libro, quem *Auctor* P. IOANNES CRUSIUS *è Societate Ieſu Commenta* vocat *Hayana Aulæ Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani* à ſe *diſcuſſa*, relatum Nobis ſit, nihil omnino contineri, quod Orthodoxæ fidei bonisve moribus adverſetur, facultatem hiſce concedimus, ut in Provinciis Jurisdictioni noſtræ tam Eccleſiaſticæ quàm ſæculari ſubjectis, liberè typis dari & evulgari poſſit. Datum in Arce Traublingenſi ultima Junii. Anno Domini M. DC. LIII.

Maximilianus Henricus m.pp.

(Locus Sigilli)

INDEX GENERALIS ALPHABETICVS TOTIVS OPERIS.

De Abbatum jurisdictione in Monachos tract.2.tom.2.quæſt.parerg.1.

Allegationibus tract.1.q.1.c.5.

Annatis tract.2.tom.2.q.6.§.27.

Anno natali Chriſti tract. 2, tom. 2.q. 10. princ.

Aſſerta Apoſtaſia quorundam ex ſocietate tract.4.lib.2.ſect.6.part.priore.

Beneficiis tract.2,q.1.c.2.

Bonis Eccleſiaſticis tract.2.q.2.

Vacantibus ibid.& q.4.

Collationibus tract.2.q.5.

Collegiis tract.2.q.1.

Concordatis Germaniæ tract.2.tom.2.q.6. §§.22.& ſeqq.

Deciſionibus S.Rotæ Rom. Parlamentorum Galliæ & Regni Hungariæ in cauſa Monaſteriorum tract.3.1,2.3.4.

Devolutionibus tract.2.q.3.& 4.tom.2.q.7

Dignitatibus tract.2.q.1.c.2.

Doctorum approbationibus tract.1.

Dominio rerum tract.2.q.1.c.4.& q.2.

Eccleſiis collegiatis & numeratis tract.2. q.1.c.1.

Epikia tract.2.q.3.& tom.2.q.6.

Fideicommiſſis tract.2.q.3.& tom.2.q.6.

Fundationibus piarum cauſarum tract.2. q.3.& tom.2.q.6.

S.Gregorio M.tract.4.lib.1.cap.10.

Hoſpitalitate tract,2.q.2.

Imperatoris poteſtate circa bona Eccleſiaſtica tract.2.q.4.5.

Iurisdictione Epiſcopi.tract. 2. tom. 2. q. 6.

Literis abſolutionis tract.2.tom.2.q.8.

Imperatoris, Electorum & Principum in hac cauſa tract.3.

Monachorum diverſis inſtitutis tract. 4. lib.1.

Monaſteriis conventu deſtitutis tot lib.

Mutationibus ultimarum voluntatum tract.2.tom.2.q.6.

Novitiis Religionum,tract,2.q.3.

Ordinum S.Benedicti,S.Bernardi, Cluniacenſium differentia,tract.4.cap.8.

Ordinibus S.Baſilii tract.2.q.3.& tom.2.q. 7.& Præmonſtratenſium tract.2.q.2.

De Pontificis poteſtate tract.2.q.4.5.

Poſſeſſione ejusque remediis tract.2.q.2.

Poſtliminio tract. 2. q.2.ſect. 3.

Privilegiis tract.2.q.1.cap.3.

Profeſſionis Religioſæ formula tract. 4. cap.7.

Quindenniis tract.2.tom.2 q.6.

Societatis Ieſu inſtituto, doctrina, tract.4. lib.2. de inſimulata illius Monarchia, Ariſtocratia, Concupiſcentia, Magnificentia ibid.

Titulis tract,2.q.1.& 2.

Translationibus perſonarum,rerum, tract. 2.tom.2.q.8.

Vltimis voluntatibus tract.2.tom.2.q.6.

Vulgaribus ſubſtitutionibus tract.2.tom.2. q.6.

Digitized by Google

COMMENTA HAYANA
AULÆ ECCLESIASTICÆ ET HORTI CRUSIANI
AD
OPPUGNATÆ LEGITIMÆ POTESTATIS, VOLVNTATIS ET INVASI
nominis propugnationem

Inter

VARIAS DE COLLEGIIS, TITVLIS, BENEFICIIS, IVRIBVS, PRIVILEGIIS, DOMINIO, POSSESSIONE, IVriſdictione, Fundationibus, Vltimis Voluntatibus, earumq; Commutationibus, Concordatis Germaniæ, Annatis, &c.

ITIDEM DE ANNO NATALI CHRISTI,
Ac Diverſis in cauſa Monaſteriorum Pontificis, Cæſaris, Principum Indultis, Reſcriptis, Deciſionibus,

TVM DE DIVERSORVM MONACHORVM AC CLERICOrum Regularium, maximè SOCIETATIS IESV inſtitutis, differentiis, doctrinis, moribus, &c.

PRACTICAS RESOLUTIONES
DISCUSSA
A

R. P. JOANNE CRVSIO Societatis Jeſu.

Cum facultate Superiorum.

COLONIÆ
Apud IODOCVM KALCOVIUM.
ANNO M. DC. LIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

FERDINANDO III. AUGUSTO

JOANNES CRUSIUS
Societatis Jeſu

VICTORIAM ET FELICITATEM.

TUas inter virtutes, quibus faſtigium iſtud ſummæ in Orbe dignitatis adeò egregiè ſuſtines (AUGUSTISSIME FERDINANDE) ut nunc Imperio maximè dignus judiceris, quia imperas; ea vel inprimis emicat pietas, quâ raro magnis in Principibus exẽplo FERDINANDI II. Parentis ac Deceſſoris tui, non modò Religionem imitari, verùm & decreta tueri imperantis prudentiæ partem non minimam eſſe interpretaris. Et videbatur Ferdinandus II. eas Religionis, ac pietatis metas attigiſſe, quas ultra nemo poſſet promovere, niſi tu in Imperio illi ſucceſſiſſes, qui non imitari contentus id unum agere videris, ut intelligant homines Divini cultus, Religionisq; fines non adeò anguſtos eſſe, quos unius hominis vita ita poſſit attingere, ut adhuc ſequentium induſtriæ ſtudiisq; latè non pateat campus. Hinc fit, ut quæ olim Auguſtiſſimus Parens tuus bono Catholicæ

Religionis, quæ regnatricis felicitatis ſolidiſſimum fundamentum eſt, vel deſignavit, vel affecta reliquit, ea tu urgenda, atq; in opus deducenda tibi arbitreris, quamvis & alia perquam multa moliaris, cumq; Magnus ille minimam hanc noſtram Societatem quod veteri, ſanctæque Religioni aliquid pro Virili conferre animadvertiſſet, ſibi non ſolum ornandam, tuendamq;; ſed quò latiùs ejus induſtriæ fructus pertineret, novis domiciliis, ſedibusq; locatis amplificandam exiſtimaverit, Tu eandem planè inſiſtas viam. In hanc ille curam intentus, id quam commodiſſimè fieri poſſe credidit, ſi quæ ſæculum jam pene integrum ſuis omnino cultoribus vacua, ob eamq; rem emortua, ut loquuntur, Monaſteria de manibus hæreticorum victricibus armis recipiebat, Seminariis, Collegiisque fundandis aliqua ex parte contribueret. Id cùm laudante Chriſti Vicario Urbano VIII. ne ſacra ſine legitima auctoritate attrectare videretur, facere cùm maximè cepiſſet, novus bellorum exortus turbo ſaluberrimum conſilium disjecit. Et conjuratorum quidem Principum arma ne res ea confecta daretur, acriter turbaſſe leviùs ferri poterat, niſi etiam illègitimè tentatam domeſtici hoſtes, nulla Cæſaris, nulla Pontificis reverentia ingenti conatu probare adorti, Catholicam totam Germaniam ſeditioſis clamoribus, editiſque libellis miſcuiſſent. Huic tantæ licentiæ cùm doctiſſimorum hominum pereruditis laboribus obviam eſſet itum, jamq; Cæſareis Pontificiiſq; Judiciis cauſa ita profligata jaceret, ut nulla niſi per calumnias ejus reſtituendæ ſpes ſupereſſet, hanc ipſam viam tentare

non

non dubitavit Romanus Haye factionis anteſignanus, longoque decem annorum molimine, collectis unde unde copiis, calumniarum caſtra movit. Et quia ego in partem olim operæ veneram, veramque Eclipſim Aſtro falsò inextincto oppoſueram, in me impetum fecit, effuſaque calumniarum procellâ, obruere conatus eſt, intactis interim validiſſimarum rationum legionibus, cauſaque tota diſſimulata, niſi cum per noſtrum latus Cæſarea & Pontificia auctoritas impetenda, Magnique Parentis tui Ferdinandi II. Pietas traducenda fuit, quod non exiguam operis partem homini abſtulit: quo in genere adeò inſolenter verſatus eſt, ut niſi ſe Monachum, & quidem ex nunquam ſatis laudata Divi Benedicti familia titulo operis profiteretur, cùm ubique & Germani hominis in Cæſarem ſuum, & Monachi adverſus Romanum Pontificem obſervantia ac reverentia deſiderarentur, nemo illum, ſi ſcriptione velit æſtimare, aut verè Germanum, aut ſatis Catholicum ſit agniturus. His Calumniarum caſtris titulum fecit; *Aula Eccleſiaſtica & Hortus Cruſianus*, ea opinor gratiâ, ut magis diſſimulatum eò efficaciùs venenum propinaretur. Hoc ne Catholici nominis damno diutius fieret, neve ſe in Jeſuitis, ut ipſe quidem arbitratur, profligatis de Cæſare ac Pontifice triumphaſſe impotentiſſimè gloriaretur ſtropharum artifex faberrimus, eas mihi diluendas eſſe arbitratus ſum, ut quando in me præcipuè aciem direxit, me etiam authore tandem intelligat, quid rationibus diſtent calumniæ, quamq; his exilis vita contingat, cùm ad primum veri-

)(3 tatis

tatis exortum emoriantur. Et quoniam tota hæc cauſa in defendẽdo FERDINANDI II. Parentis tui conſilio, ejusque de Societate judicio tuendo, præcipuè vertitur, cui hanc meam veritatis defenſionem in clientelam darem, mihi dubitandum non fuit. Quis enim meliùs Parentis, ac Deceſſoris judicia tueatur, quàm ille, cui magnorum ac Sapientiſſimorum Principum liberrima ſuffragia illius Imperium commendarunt? Tua hîc res agitur, AUGUSTISSIME FERDINANDE nam de Parentis tui fama, judicioq; decernitur, quem *Romanus Haye* de Pietatis, ac Prudentiæ legitima poſſeſſione deturbare tentavit. Porròquæ tua in minimã noſtram Societatẽ beneficia verè maxima ſint, non eſt hujus loci pluribus exequi. Magna olim pollicitus fueras, cùm adeuntibus ad te poſt Parentis exceſſum Patribus, ac patrocinium implorantibus, non ſolùm perhumaniter, verùm & pereruditè reſpondiſti

Non procul à proprio ſtipite poma cadunt.

Verùm & promiſſa tua, & ſpes noſtras longè ſupergreſſus effeciſti, ut Ferdinandum II. in te redivivum venerabundi ſuſpiciamus.

Quæ cum ita ſint, certa hinc mihi oritur ſpes, ut à lappis carduisque calumniarum meo hoc in libro expedita veritas ſub umbra, imò ad ſolem Auguſtiſſimi nominis tui feliciſſimè revireſcat. Vale Auguſtiſſime Cæſar, & diu Imperio atq; Eccleſiæ vive, quod votis omnibus opto. Coloniæ Kal. Januariis Anno M.DC.LIII.

APPRO-

APPROBATIO REVERENDI P. PROVINCIALIS PER RHENVM INFERIOREM.

EGo IOANNES PANHAVSS Societatis Ieſu per Rheni Inferioris Provinciam Præpoſitus Provincialis, factâ mihi poteſtate ab Admodum Reverendo P. N. GOSVVINO NICKEL Præpoſito Generali, facultatem concedo, ut opus, cui Titulus eſt (COMMENTA HAYANA Aulæ Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani, Ad oppugnatæ legitimæ poteſtatis, Voluntatis & invaſi nominis progugnationem, inter varias de Collegiis, Titulis, Beneficiis, Iuribus, Privilegiis, Dominio, Poſſeſſione, Iurisdictione, Fundationibus, Vltimis Voluntatibus, earumque Commutationibus, Interpretationibus, Concórdatis Germaniæ, Annatis &c. Item de Anno Natali Chriſti, &c. Tum de diverſorum Monachorum ac Clericorum Regularium maximè Societatis Ieſu Inſtitutis, differentiis, doctrinis, moribus &c. Practicas Reſolutiones, DISCVSSA à P. IOANNE CRVSIO Societatis noſtræ &c.) in quatuor Tractatus diſtinctum, atque à deputatis ejusdem Societatis Theologis lectum probatumque typis mandetur. In quorum omnium fidem has literas manu propria ſubſcriptas, conſuetoque Officii mei Sigillo munitas dedi. Coloniæ 5. Februarii Anno M. DC. LIII.

L. S.

Ioannes Panhauſs.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRÆFATIO CLYPEATA.

Exponitur ſtrictim quæ occaſio fuerit Hortum Cruſianum ſcribendi Romano Haye, & quo ſtylo ſcriptus ſit. Improbatur Conſilium ut pertinax atque inutilis contumaciæ plenum. Reprehenditur forma ſcribendi, utpote à gravitate cauſæ alieniſſima; cum de illa non ex profeſſo agat. Calumniarũ ac maledictorũ tum in me, tum in Societatem omnem licentia notatur. Modeſtiæ adverſus Cæſarem admonetur. Impudens in Romani Pontificis auctoritatem temeritas caſtigatur. De Horti laudatoribus aliquid innuitur.

QVæ olim feralia mundo imminere Chriſti Domini oraculo didicimus, ſtellas nimirum de cœlo caſuras, quamquam oppidò difficilem habeant explicationem, ob eamque rem viros ſapientiſſimos in varias diſtraxerint interpretationes, jam nunc præcipi anticipatione quadam inſolenti, ac plane monſtrificâ videmus. Quid enim? Annon ASTRVM quod INEXTINCTVM appellari voluit, quodq; Germaniâ totâ, totoque adeò Septentrione, terribili comâ Cæſareo, ac Pontificio capiti minitans, ne cometam eſſe dubitares, aliquot abhinc annis volitabat, poſt Eclipſim, è [illegible] emergere ſe poſſe deſperavit, in terras delapſum, deciduis è cineribus decennali ſudore maceratis Vepretum implicatiſſimis ſentibus uſque, & uſque horrẽs, ac larvis infeſſum progerminavit? & ſanè ſi vel ipſius veſtibuli frontem inſpexeris, illico exclames,

ASTRVM INEXTINCTVM poſt Eclipſim in terras cadens in Hortum ſive ſenticetum abiit Romano Haye.

Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus orci;

(neque enim cauſſam habeo cur Horti dicam)

Digitized by Google

Luctus & ultrices poſuere cubilia curæ;
Servaturæ, opinor, quod ingenio ſuo dignum plantarunt ſenticetum. Vbi enim aſtri tanto molimine Scioppianæ Aſtrologiæ legibus fabrefacti lucem, quæ in tenebris triumphare videbatur, plena luce veritatis abſorptam vidit, qui ſe auctorem tam præclari operis profeſſus nomen ſuum veris aſtris inſeruiſſe credebat *F. Romanus Haye*, luctum illi oriri neceſſe fuit, quem ulciſcendi curæ inſecutæ, decennio toto *ſenticetum* conſevere, *Horti que alieno nomine* præfixo contra jus, & fas, dum publici juris faciunt, publicam injuriam fecerunt.

Præfixo per injuriam alieno titulo.

Quis enim unquam Cruſius Hortum ſevit? Scio equidem *Auguſtum*, quæ principalis ejus animi fuit magnitudo, *Quædam etiam opera ſub nomine alieno feciſſe:* ſed non illis modò, quorum nominibus dedicabat, ſed ſibi etiam non indecora; quamquam ſe nuſquam profiteretur auctorem. At *Romanus*, qui Hortum meum eſſe voluit, ſuum nomen profeſſus non exiguo me ſibi obſtrinxit beneficio; quod illius profeſſione à ſatarum ſentium infamiâ me liberavit. Et ſentibus quidem illaudatis Hortum undique obſitum eſſe nemo negabit, qui viderit; multoque minus, qui tam fœdè ab illis undique lacerantur.

Et ſatis vepribus.

Vt illum propterea omnes veritatis amatores deteſtaturos non dubitem, qui domi natas ſibi ſpinas Horti, & quidem alieno nomine publicavit, quem quicunque ingredi voluerit, facile aſpiciet cujus illæ auctoris, ac parentis præ ſe ferant ingenium. Ne verò, quia ab homine Benedictini nominis ſatæ ſunt, illarum ad Sublacum Magni Benedicti victoriâ celeberrimarum ſoboleſcentia hæc eſſe germina falsò ſibi perſuadeat, ſciat illis ardentes, quas caſtiſſimo juveni ad libidinem ſubjiciebat infernus, faces extinctas fuiſſe; has *ignem charitatis*, qui de cœlo eſt, ſuffocaturas ſuccreſcere. Sed fruſtra erunt; & in iſtis ardebit invicta, easque ne olim noceant, penitus conſumet. Sanè Sublaquenſes illas *Seraphici Franciſci* nobiliſſimâ inſitione in *roſetum* legimus abiiſſe, quod mihi ſi liceat! ſed vereor ne ingenio contumaciori omnem inſitionem reſpuentes veritatem a[illegible]nentur: adeoque hic unquam dicturi ſimus, *Vidimus roſam loquentem.*

Minimè Benedictinis, ſed veritate ſuffocaturis.

Nemo certè qui Hortum hunc fuerit ingreſſus, quamvis Benedictini hominis nomen foribus inſcriptum legat, quidquam in eo Sanctiſſimi Patriarchæ agnoſcet, in cujus leges toto palàm horto peccatur. Age, mi Romane, antequam ad *hortum hunc tuum* jurium humanorum, ſacrorumque canonum falcibus raſtriſque, illis etiam validioribus

Vt ut Benedicti nomine glorietur.

Et Abbatum imperia prætendat

ribus

Digitized by Google

ribus graviotibusque, quos Comicus olim deſcripſit, *elucandum*, repurgandumque aggredior, age, inquam, & quando in te omnium antiquorum Ordinum oculos fuiſſe conjectos, ut Monaſteriorum emortuorum cauſſam ſuſciperes, gloriaris, age nunquid Virgâ Superbiæ, quæ eſt in ore ſtulti, ut hoc faceres, ab illis tibi fuiſſe dices imperatū? Elegerint illi te Advocatū, qui cauſam ageres (quamquā non ſemel Cæſareo ac Pontificio profligatam judicio) numquid ad maledicendum conduxerunt? Et tu quidem tibi præclara in ſpecie videndum ſe tibi *veritatem* dediſſe magnificè *fingis*; ſed quia illam in hoc tuo opere nuſquam exprimis, te indiligenter ibi tunc fuiſſe, facilè apparet, qui, qua facie ſit, dicere non poſſis. Certè mendaci loquentiâ, calumniiſque nunquam Regina formoſiſſima colorabitur.

Immo & veritatis ſibi apparentis.

Et quæ tibi tam ſpiſſi operis pagina, in qua tu quidem loquaris, non his maculis inquinatur? At jocari libuit? libuerit ſanè, non accuſo quamvis cano jam capite, & graviſſimâ in cauſſâ id minus decorum poſſit videri: etiamne id libuit jocis illiberalibus, atrocibus, & ab ipſa obſcœnitate non alienis. Ludunt & catelli, ac morſiunculis appetunt, nec ſemper innocentibus: ſed ludunt tamen. At *rabidi moloſſi*, multoque adhuc magis lupi ad hoc appetunt, ut lanient.

A cujus tamen moribus totus Hortus longiſſimè diſtat.

Quæ tibi, Romane, in *hoc tuo horto* areola ſcōmatis, ſarcaſmatis, ironiis, calumniis non denſa? Quot inter illa Aulæa è textrinis Babylonicis tibi advecta, & veriſſime belluata ſuſpenduntur? quot aranearum telis ſimilia non exornant illa quidem ſed aulam impediunt tuam? Tune, Romane, ſi officio boni, ac modeſti diſputatoris fungerere tam deſultoria ſcurrilium, etiam Symbolorum licentiâ utereris? Tune, ſi Ordinis, quem profiteris, modeſtiam altiùs hauſiſſes, cum illius adverſus Pontifices luculenta, ubique gentium ac temporum obſervantiæ documenta ſuperſint, de Romanæ Sedis Autoritate tanto ſupercilio diſputares? Tune, ſi Germaniæ indolis in te vena ſupereſſet, in Cæſarum, Electorum, ac Principum capita luderes, eoſque tuis edictionibus veluti *conſtrictos* coerceres? Quid à *Sacerdote juſtitiæ*, quo titulo Iurisprudentes gloriari ſolent, tam alienum, quàm tam veritatem, cui tota quanta eſt illa ſubnititur, larvatis perſonatiſque figmentis ſubruere? Quid modeſtiæ legibus tam contrarium, quàm in homines religionis, ac doctrinæ famâ inclytos, non ſegniùs, quàm in devota orco capita, comportatis undique è trivio maledictis calumniiſve debacchari? Quid à ſeveritate religioſæ diſputationis, ac

Quod particulatim reprehenditur.

Digitized by Google

veritatis alienum magis, quàm vigilantium ſomniorum omnigenam turbam in ejus adyta inferre, quod à te factum, & quidem ſtrenuè, ipſa operis loquitur frons? Diſpudet mè tui, Romane Frater, quoties tua lego; quia quamquam de me, totaque Societate, cujus olim magiſterio ſapere didiciſti, peſſimis exemplis malè meritum non tamen odi, ita me Deus amet: Gratularer ego mihi, ſi te odio haberē; neq; enim inimico, quem planiſſimè perditum vellem, pejus aliquid optare unquam poſſem, quàm ut famæ, nominiq; ſuo apud viros rerum prudentes, atq; à ſtudio partium alienos, tam malè conſuleret, quàm toto hoc ſcribendi genere à te factum fuiſſe nollem. Ac ne injuria tam ſeverè à me caſtigari te doleas, age, quò Scioppianus, neque enim Benedictinus hic unquam fuerit, maledicendi calumniandiq; genius te abripuerit, paulò accuratiùs mecum recognoſce.

Oſtenditur nullo conſilio profligata jam ſapiens cauſſa Romanum ſcripſiſſe.

Sed antequam hoc ipſum ago, de tuo ſcribendi conſilio, paucis aliquid eſt videndum, ut intelligant, quicumq; hæc noſtra olim legerint, te non prudentiſſimo conſilio, ne quid verius dicam, ſcribere aggreſſum fuiſſe. Quid enim à prudentia gravitateq; hominis, ad ſobrietatē ſapientis, diverſum magis, quàm profligata jam cauſa reluctari adhuc, ne ſuccubuiſſe videaris? Verſamur graviſſima, luculentiſſima, & toto Chriſtiano in orbe longè celeberrima emortuorū, aut vacantium, ut ut vocari libeat, Monaſteriorū cauſſa; quæriturq; acribus hinc inde ſtudiis, an ita in Pontificis, Cæſaris, aliorumq; Principum poteſtatem devoluta ſint, ut antiquorum poſſeſſorum legitimis ſucceſſoribus nuſquam apparentibus, ea illis transdere poſſint, quorum ea ex animi ſententia majori Chriſtianæ Reipub. bono conducibilius fore judicabunt. Quæſo te, Romane, in hac tam gravi cauſa quos tu judices agnoſcis; nam nemo ſine judicio victor eſſe poteſt? ad cujus tribunal ſtas? cujus edicto parebis? cujus demum ſententiæ acquieſces. Si aliò, quàm ad *Summum Pontificem, unicum in terris Eccleſiæ caput*, reſpiceres, jam hæreticæ perduellionis reus haberere: à quo te crimine, quia longiſſimè abeſſe intelligere me ſatis non poſſe confiteor: *Nonne in Pontificio, eoque ampliſſimo ac juſtiſſimo totius orbis tribunali, in contribulibus tuis ſemel, iterum, tertiò cauſſa cecidiſti?* At non ita, ut nulla tibi reſurgendi ſpes reliqua ſit: *Non diſputo*, quo hæc jure dicas: illud quæro, an hoc libro id te conſequi poſſe confidas? Hoc ſi dixeris, cum tute fatearis, te de cauſſa principali agere nolle, vide, quàm ſani hominis ſit, ea ſcriptione, quæ nihil ad cauſſam dicat, illam

Legitimis in tribunalibus.

Præſertim cū de cauſſa non agat.

Digitized by Google

illam ſe obtinere poſſe credere. At ego neque Romanæ Rotæ, neq; judicibus aliis ſcribo: Quibus ergo ſcribis? Viris apprime doctis, quorum licet hæc inſpectio non ſit, illorum tamen judiciis recreari te quodammodo poſſe non nego? At quod illi de cauſſa, quam non agis, ex hac tua actione judicium ferant? Reliquum igitur eſt, ut vulgi plauſum captare, illique tot mutatis formis, jocisque dentatis placere volueris. Et rem quidem tibi è ſententia caſuram, ſi in me unum ſcriberes, ſperare poſſes; quis enim ego ſim & quantulus homo, non mihi latet: Quia verò per meum latus *Societatem IESV* petis, imò libere in illam omni conviciorum genere inveheris, placebis tu quidem Eccleſiæ hoſtibus, qui noſtro malo ſemper lubentes ſunt pauculiſque forte aliis, qui diverſa licet de cauſſa, eorũ odia imitantur, & quæcumque in nos ſcribuntur, avide legunt, eaque, ac ſi folia eſſent Sybillarum, oſculantur, habentque ut *cælo delapſa oracula.* Sed horum judicia, ut odio corrupta, eoque invalida, pluſquam adamantino veritatis clypeo excepta, ac refutata, integro jam ſeculo contemnere aſſueti, nihil moramur. At à bonis, quique odiorum cauſſas habeant procul, plauſum tu quidem non feres; quippe quibus exploratiſſimum ſit nimio partium affectu hæc effundi, quóque magis atrocia, eò minus probabilia. Multoq; minùs ab ipſis Abbatibus Benedictinis, quorum nos dignitatem ſemper veneramur, ac ſuſpicimus; Beneficentiam largitatemq; magnis Principibus dignam non ſemel experti: *Nulla* igitur *tibi cauſa* erat *ſcribendi:* cum tot jam antea vulgatis libris, libelliſq; nihil tu, nihil hi, qui tecum ſentiunt, Principes, Electores, Cæſarem, Pontificem permoveritis (quamvis, & magna ſcribẽdi animoſitate, nec minori pompâ eruditionis res acta ſit) quo minùs cauſſam adverſariis adjudicarint. Quamquam Acatholicorũ armis illos viciſſe video, qui Ioanni Ludovico Naſſavio Principi optimo judicium benignitatis ſuæ erga Societatem tuenti, dicere nõ dubitarunt; *malle ſe Monaſteria ab juratiſſimis Eccleſiæ hoſtibus occupari, quam* Parœciis, Seminariis, *aut Societati contribui.* Iam illis ſecundùm vota eſt. Quòd ſi Divinitatis arcana conſilia inveſtigare fas eſt, illorumque cauſſas evolvere, hæc odia triſtioris exitus illius belli; non illam quam à te ſomniatam, obiectamq; Cæſarum piiſſimo Ferdinando cum luculentâ Cæſarei nominis, ac Pontificii, quo ille nitebatur, iniuriâ litteris conſignare nõ dubitaſti, hæc, inquam, indomita odia; & veritati obluctantem òbſtinationem animorum in cauſſa fuiſſe haud pauló veriùs autumem.

Sed vulgi, hoſtiumq; Societatis plauſum captet

quod bonis probari non poterit.

Nihil aliis libellis actũ eſt.

Impium aliquorum votum & dictũ

fortè in cauſa fuit minùs lati bellorum exitus.

poſteriores,quibus aliqua nobis inviſa, indicta, non animadverſa monſtraverit ipſa dies? Sed Laymannum palàm contemnis; quia in occulto times. Cur *Valentinum Mangionium* abſolutæ graviſque, ac modeſtiſſimæ virum eruditionis non refutaſti, ſed contemptim habuiſti,quaſi carioſum Laymanni fulcimentum? Nihilne ille ſolidi attulit,quem ſolidiſſime diſputaſſe non negabis? Annon ille pede pedem premens totiſque te veſtigiis ſequens, ac nuſquam abſiſtens, nullo te loco paſſus conſiſtere,jacta in Laymannum tela ita excepit, ut fracta conciderent,ſuamque proderent imbecillitatem? Sed hominis Romana in luce adhuc florentis eruditionem irritare auſus non es,ne *Dares Entello* ſuccumberes; neve dentes, quibus toto tibi hoc in opere opus erat,cum ſanguine reiectares. Cur *Eugenio Lavandæ*, non reſponderis non interrogo, prompta nimirum tibi reſponſione; quòd *cum larvis depugnare* volueris. Immo hoc tuum conſilium,ut judicii pleniſſimum,laudarem,niſi aliquid à te factum ſcirem,quod cum illo haud belle conveniat. Vt enim ingenue fatear, duo illa miratus ſum maxime, *Primum* à te Lavandam ob ea, vel maxime accuſari,quæ tibi cum illo communia ſunt, ſtili perpetuò illudentis licentiã,jocorumque luxuriem,depaſcendã utique modeſtioris gravitatis moderatione: *Alterum* hominis adeò nihili ab Academia Viennenſi damnari librum curaſſe te;nam, ſi nihil argumentorum attulit ille,per ſe ſtatim concidiſſet, totâque arenâ ſpectantium ſibilis exagitatus,exceſſiſſet. Verùm non ita futurum arbitrabaris,qui jocando illum imitari decreveras.

Vt etiam Valentinum Mangionium ſolidè diſputantem.

& Lavandã, quem tamen imitatur quãvis clandeſtinè damnari curaverit

Vnus ego ſupereram, quem ut omnium minimum nullaq; ex parte ſive ingenii, ſive eruditionis,ſive famæ magnis Viris accenſendum tibi deſtinaſti,quem impeteres, quem ludos faceres, quem ut lutum platearum deleres,cuius argumenta,rationesq; omnes difflares ut ventus folia. Qua in re, qui res ſuis momentis accuratiùs expendunt,tuam deſiderabunt magnanimitatem, ne audire unquam poſſes.

In me minimum invehitur, ſine ſpe gloria etiã ſi vincat

Egregiam verò laudem, ſpolia ampla tuliſti,

cum *Cruſium* viciſti. Quis enim, quantuſve demum eſt *Bremenſis* iſte, ut eo devicto poſſit magnus *Dux Romanus* in templo gloriæ ſpolia opima ſuſpendere? Quod ſi res aliter cadat, & ſcis bellorum exitus incertos eſſe,& non rarò illos ſuccumbere,qui de victoria ſuis nimium viribus præfiſi, in anteceſſum gloriabantur, quæ tui nominis futura

ſed certè infamiã ſi vincatur

Digitized by Google

futura eſſet infamia cogitare te oportuiſſe dicant. Sic fortaſſe illi, qui me in cute norunt. Sed de hoc tuo judicio, cujus demumcunq; modi ſit, ut tibi placeas, plaudasque non ego interdixerim. Illud unum queror, quòd cum ego argumentum cauſſamq; totam ſuas in partes, & quidem luculentiſſimè tributam more, modoq; doctorum explicaverim; tu rurſum perturbaveris, ac diſperſeris, quæ attigiſti. Neq; hoc artificio contentus, ne id iterum faciam, quod non ſine laude prius feceram, edicto veluti prætorio jubes ad ea, quæ nullo doctrinæ ordine, ſed luxuriantis poëticè ingenii lubentiâ objicis, ita reſpondere, ut niſi fecero, legitimus non habear diſputator. *Quæ tua hæc imperia ſunt*, Romane Frater? ſed ne dubita, lineæ quamvis criſpanti, nulloq; recto tramite incedenti nihilominus inſiſtam. Illud verò ad præclarum fidei, conſtantiæque tuæ in hac tota diſputatione documentum obſervaſſe operæ precium fuerit, quòd auctorum mea in Eclipſi laudatorum, quos tibi ad manus non fuiſſe doles in Horto plantando, Syllabum quum texas, ut *octoginta* nobis rotundè numeres, *novē* ipſos inſeruiſti, quos ipſo in Horto teſtes laudas, ut ſuo loco demonſtrabimus. Et mirum ſanè videri poſſit tot annorum ſpatio libros, non utiq; afferendos ex Indiâ, videri non potuiſſe à Romano Fratre. Ne verò quiſquam de illo quærat, cur Indiculum texere voluerit, clarè profitetur, ea ſe de cauſſa facere, quòd nullus dubitet *falſationum* atq; *exorbitantiarum* mearum farraginem ampliorem potuiſſe colligi, ſi eos eſſet indeptus: quaſi verò illi exploratum, demonſtratumq; ſit, me non niſi manibus illotis libros evolvere didiciſſe, nec teſtes laudare, quorum dicta non pervertam. Quæ quàm gravis ſit accuſatio, dilutis illis ipſis, quas objecit, falſationibus, illuſtriùs apparebit.

Mihi non reſpondet Romanus.

& quos ſe non vidiſſe dolet, citat auctores

mihiq; injuriam facit

Sed fac me per craſſam, ſupinamque rerum ignorationem & ndiligentiam legendi falsò teſtes laudaſſe, adhuc tamen audire vel- :m, cur mecū ita agere inſtitueris, cur amariſſimis jocis illuſeris? cur ıaledictis proſcideris? Eſto, demandata tibi à ducibus tuis hæc puıa fuit (nam *de obedientia gloriaris*) numquid etiam ut malediceres, ıperatum? Non ego id facilè mihi perſuaſerim; quippe qui meni- , militem olim linguâ ferocientem, hoſtique maledicentem gravi- - à ſapientiſſimo, ac fortiſſimo imperatore caſtigatum, monitumq; *ɔugnam, non ad maledictionem ſibi militem legi.* Et in hoc quidem gec quàm effusè, quantâq; fueris licentiâ verſatus, ne quiſquam dubitare

Maledictis ſuis in me Abbatis imperia fruſtra obtendit.

Effuſiſſima in me Romani maledicta

bitare poſſet, ſyllabum ſcommatum, non tamen omnium, contextum exhibuiſti: Non id à te factum queror; nam labore ingratiſſimo Lectori ea exhibendi me liberaſti; ut quæ tibi ſint artes, poſſit intelligere. Certe quidquid ridiculum, noxium, vanum, ſordidum de animantibus, herbiſque ab hiſtoricis traditur: quidquid in dicteriis, jocis, maledictis habetur diligentiſſime conquiſitum, ita in meam contumeliam accommodaſti, ut tibi ob eam egregiam operam ingenioſiſſimus videreris, poteraſq; addere

Plaut. in met.

Ob meam *hercle induſtriam vos æquum eſt clarè plaudere.*

Sanè ſi ridiculus hic ſcribendi morbus, veluti ſcabies quædam ingeniorum, latiùs ſerpat, jam tribunalia, quæ ſanctitatis plena eſſe debent, pro veteri ſeveritate, in theatra leviſſimæ ſcurrilitatis converſa dolebimus. Quàm multis foliis tibi decreviſſet liber, ſi à conviciis abſtinens, me falſarum allegationum, ut tu quidem reris, reum peregiſſes, ac damnaſſes? Quis unquam ita ſcripſit, niſi Frater Romanus, cui ante modeſtiæ leges, faceti hominis fama fuit? Et ſunt quidem plurima, quæ hyemem glaciemq; ſecū ferant, totoq; cum Cauca[redacted] Riphæiſque montibus de frigiditate certare poſſint: ſed non hoc nunc ago, neque falſitatis accuſationem hanc totam revinco; neque hanc hydram, quamvis pluſquam quingentis capitibus ſibilantem, igne veritatis admoto ſilere, hoc emori compello; neque hanc falſitatum objectarum ſylvam adhuc excaudico. Fiet hoc paulò poſt: modò injuriam dictorum, calumniarumque tantum depello.

quibus liber ille crevit

ſed plerumque frigidè

Quod ad rem pertinet, ne quid à me deſideres, ego me legitimavero, ut tibi loqui placuit, ne nihil à me in mea illa Eclipſi actum putes. Et ita hoc faciam, ut nullius Principis beneficio, ſed natalibus ſuis doctorum allegationes meæ legitimæ judicentur: neque te ipſum judicem reformident, cum illas à parentibus tolli, ac pro ſuis haberi videris. Vbi enim aliquam faſciarum mutationem, quæ numeris, aliiſve, ut loquuntur, quotationibus, per typographorum fatalem quandam, tibique etiam dolendam indiligentiam, oſcitationemq;: ubi cunarum apud alios minùs fidam ſtationem dempſeris, audacter dico, nullam ſpuriam, nothamve, atque adeò legitimationis indigā reperies. Sed ne rem paulò poſt publicis documentis demonſtrandā præcipiamus loco non ſuo, ad conſilium illud tuum tam procaciter nugandi, atque illudendi volens revertor; illius enim viris ſapientibus cauſſas nunquam probabis. Quid enim tandem dicturus es? An tibi

Rejicitur leviter calumnia Falſationum

Arguitur Romani levitas populi auram captantis

Digitized by Google

tibi jocari, & illudere placuiſſe? Vide quàm hoc temperanter dicatur ab homine religioſo, caniq; jam capitis. Et feciſſes ſaltem ſobriè, ac ſine contumeliâ, non reprehenderem honeſtos ſales. Nunc verò tam effuſam licentiam viris prudentibus, quomodo tandem probaturus ſis, tu videris. Si cum Comico dicturus es, *tibi propoſitum, ut populo placeret, quam feciſſes fabulam*, fruere ſorte tua: ego ſanè, quia hujus judicia non moror, eam tibi nec invideo, nec præripere tentabo. Et me quidem, quod ludos facias, in egregio illo veſtibulo, nihil eſt, quod gravius querar; quando, & *Sacroſanctam*, Deique Vicariam *in terris poteſtatem* traducere auſus es, *avicula alligata Symbolo*, addita illa Epigraphe, Ligata Libertas, de quibus mox videro. Interea ſi Summus Pontifex avicula ligata tibi eſt, quin & ego *villaticus moloſſus itidem ligatus*, & quia tibi ad contumeliam parum hoc viſum eſt, *Cerberus*, ut me appellas, itidem tibi ſim, non recuſo. Quòd verò me in agro laborantem altè ſuccinctum, ac birreto pileatum per ludibrium effingi curaveris, gratias etiam ago; Quid enim glorioſius quàm hortum veritatis repurgare? poteras eodem jure craſſas mihi addere compedes; qui enim Metamorphoſei regni Induperator es, cur non me flagellatum operi addicas ruſtico? Nec omnino me malè tractatum foſſoris habitu, aut ſchemate judico; antiquiſſimos enim, & ſanctiſſimos illos Bonifacii diſcipulos Fuldæ incolas Monachos, benè peronatos, ſuccinctoſque, ut ruſtico operi expeditos decet, expictos in Fuldenſibus monumentis videre me memini, quibus aſſimilari non recuſo, quamvis alia tibi ſit mens. De *Scalptore*, quod quereris, ridiculum monitum eſt. Cur enim ſi ſcalpro aberravit, non emendare juſſiſti? cur quod non probas, operi tuo præfigis? An non in illo prçclaro tuo monito te illudere voluiſſe fateris? Quid? illa de habitu nimis decurtato ridicula exceptio nonne reliquas firmat illuſiones? Vah! quàm atrox illuſio! *Cruſius in horto laborans* (poterat hæc inſcriptio libro apponi) & quidem ſupra genu reductâ tunicâ. Quid inde? Si hortulanus dicar, honorificum id mihi eſt; prævio enim exemplo, qui deſcendit in hortum nucum amariſſimo licet corio non inutilium pomorum. Et colendi quidem Eccleſiæ agri, ac à vepribus repurgandi laudem Societati noſtræ à Pontifice tributam ignorare non potuiſti, qui epiſtolam Vrbani VIII. quâ paginis duabus majus opus tuum factum eſt, referre non dubitaſti, in qua diſertiſſimè Pontifex ſic loquitur. *Nobis ante oculos proponentes laborioſam*

& Pontificem M illudentis.

pag 76. & ſeq.

Ego Romano ſum moloſſus, Cerberus, Foſſor

pag. 145. n. 10.

quod & olim Monachi

Non eſt indecorum in Horto Eccleſiæ fodere.

pag 316. "*atque indefeſſam, quam Societas Ieſu in militantis Eccleſia, AGRO* "*COLENDO, & VEPRIBVS PVRGANDO ſalutaribusque Eccleſia-* "*ſticæ diſciplinæ ſementis irrigando, inter cæteros illius cultores aſſiduam* "*navet operam &c.* I nunc, & mihi coloni habitu illudere te poſſe crede. Equidem malim ſarculo fodere in agro, quàm cum Sceptro verſari in aula Regum. Quod autē moneri me à Sociis voluiſti ſolemni carmine *Ne quid nimis*, oportunè factum judico, & libens parebo jam nunc, neque te imitabor; nam *nobis non licet eſſe ridiculis*, qua in re palmam nimis omnibus eripuiſſe gloriari potes. Itaque abeamus hinc, & ſi quam aliam cauſam tam ſcurrilis, ac deſultoriæ illudendi licentiæ comminiſci potes, qua tuas has ſcurrilitates legitimes (tecum loqui libet) audiamus. Aliquid enim perſuadere te poſſe credidiſti expoſtulatione acerrima in Laymannum invectus; quaſi per ſummam injuriam ſcommatis te laceraverit, eaque tamquam Achillem ſui exercitus habuerit. De re ipſa, ubi locus admonuerit, pleniùs videbimus: interim quâ fronte mi homo Laymannum in illa tua contumeliarum reprehenſione tam acri, ſic maledictis laceras, ut etiam *Canem lunæ adlatrantem* appelles, hominique fraudes, ſtrophas, paradoxa, Antilogias impingas? ſi hæc diſputanti tibi licere vis, eadem Laymanno, immò longè ſævioralicuiſſe concede. Sed Laymanni peccata, quamvis atrocia præ illo quod ego facinus in te deſignavi, leviora videbuntur. Ego enim ille ſum, qui te, Romane, *Fratrem* appellavi. Habes confitentem reum, neque aliâ hîc utentem excuſatione, quàm illa, NON PVTABAM, hoc tibi doliturum; Quamquam enim legeram, *Petro Martyri Vermilio*, cum in colloquio Poitienſi à Lainio coram Regibus, Cardinalibus, Summis Gallicani nominis Principibus inter diſputandum FRATER appellaretur, ſtomachū motum eſſe, eam ſibi objici Profeſſionem, quàm impiè ejeraſſet; Te ejus, in qua vivis, pudere divinare non debui. Sed muliebres plane iras exerces, cum me itidem *Fratrem* appellas. Iam hoc mitius eſt, quàm cum canem, Cerberumve. Vt lubet, age, mi Romane; non tu Adami prærogativa uteris, ut quo demumcunque res nomine appellaveris, hoc illis proprium ſit. Vin' dicam aliquid verè? *Nec tu, nec ego FRATER dici debemus*, ſed longè diverſa ratione. *Ego vitæ inſtituto, tu calami* licentiâ.

Mihi non licet eſſe ridiculo

Romanus fruſtra ſe à Laymanno queritur laceſſitum *pag. 452.*

pag. 454. n. 2.

& à me FRATRIS titulo appellatum

Romani Haye in Societatem

Hæc porrò ſi, tu unum in me debacchatus eſſes, leviùs ferrem; fortè etiam gratias agerem, conarerque adeò gaudere, quòd dignus

fuerim

fuerim, qui pro nomine Iesu contumeliam paterer. Hunc eundem *IESV male-*
ſenſum Societatem univerſam alere non dubito; ſed quoniam Reip. *dicta*
intereſt, ut religioſus hic cœtus, in quem omnium oculi, ſi quid novi accidat, illico conjiciuntur, exiſtimationis integerrimæ ſit, jure tecum expoſtulo, quòd acerbiſſimè illum ubiq; impetas. Dic, Romane, ſi quid ſcommatum, injuriarum, calumniarum, ſarcaſmatum, ironiarũ uſquam omiſiſti, ſive è re nata, ſive ab ingenio raptâ occaſione: *omnigena,*
Dic, ſodes, dic ex animi tui ſententia, non id toto in hoc opere tuo ſtrenuè contendiſti, ut Societatem Iesu, quacunque demum ratione, in invidiam adduceres, atque omni undique conquiſita infamia obrueres? Non negabis opinor, ipſius conſcientiæ ſurdo verbere cæſus; ſimulque fatebere, te mala in cauſſa verſatum eſſe, quæ nullis fulta juribus, tam alienis à probo diſputatore fulcris eſſet ſuſtinenda. Quo id animo feceris, non ego acriùs quæram; quandoquidem *Eſt qui quærat, & judicet*, ante cujus tribunal cum tibi ſtandum erit, quid demum reſponſi daturus ſis, hominis prudenter pii, cujuſmodi eſſe te cupio, jam nunc eſſet cogitare. *de cujus animo ac mente non quæritur,*
Illud unum ajo te feciſſe, quod quidem negare non potes, niſi Cruſianum hortum à te conſitum velis negare, in quo, quantum Scioppiani elucet ingenii, tantum Chriſtianæ modeſtiæ, officiique, requiri neceſſe eſt. Quid enim ille unquam ſanctum habuit, dummodo Societati peſſime malediceret? Verùm ne te per injuriam calumniamque ambuſtũ iſſe Societatem negare unquam poſſis, age recognoſce mecum, quæ tua ſunt. Quid igitur de tua illa Epiſtola ad Vincentiũ Carafam Præpoſitum Generalem, virum abſolutæ Sanctimoniæ laude ſupra generis claritatem orbi venerabilem dicam? *tum in Epiſtola ad Vincentium Carafam Præpoſitum Generalem*
Quid impudentius excogitari potuit? Nonne *ſcabioſas, & cornupetas oves* appellas, qui cauſſam Societatis contra ferale tuum aſtrum tuendam ſuſcepere? cujus hoc modeſtiæ ſit, alium quàm te ipſum judicem non appellaverim; ſed fac nos hujuſmodi eſſe, quales ibi fingis, totoque opere videri vis, librumne, in quo id agitur maxime, ut Societas modis omnibus laceretur, ejus Præpoſito Generali dicare hominis modeſti, temperatiq; ingenii fuit? Si de cauſſa tota ſobrie ageres, quod nunquam facere didiciſti, eſſet aliqua facti excuſatio: nunc verò violatæ humanitatis reus mortalium omnium judicio perageris. Si quis è tuo libro, cuiuſmodi homines Ieſuitæ ſint, velit intelligere, nonne mortalium peſſimos arbitrabitur? Nunc *Cacodæmoni* ægrotanti *tum alibi, & ea admodum atrocia*

 compo-

veritatis alienum magis, quàm vigilantium ſomniorum omnigenam turbam in ejus adyta inferre, quod à te factum, & quidem ſtrenuè, ipſa operis loquitur frons? Diſpudet me tui, Romane Frater, quoties tua lego; quia quamquam de me, totaque Societate, cujus olim magiſterio ſapere didiciſti, peſſimis exemplis malè meritum non tamen odi, ita me Deus amet; Gratularer ego mihi, ſi te odio haberē; neq; enim inimico, quem planiſſimè perditum vellem, pejus aliquid optare unquam poſſem, quàm ut famæ, nominiq; ſuo apud viros rerum prudentes, atq; à ſtudio partium alienos, tam malè conſuleret, quàm toto hoc ſcribendi genere à te factum fuiſſe nollem. Ac ne in injuria tam ſeverè à me caſtigari te doleas, age, quò Scioppianus, neque enim Benedictinus hic unquam fuerit, maledicendi calumniandiq; genius te abripuerit, paulò accuratiùs mecum recognoſce.

Oſtenditur nullo conſilio profligata jam ſapius cauſſa Romanum ſcripſiſſe.

Sed antequam hoc ipſum ago, de tuo ſcribendi conſilio, paucis aliquid eſt videndum, ut intelligant, quicumq; hæc noſtra olim legerint, te non prudentiſſimo conſilio, ne quid verius dicam, ſcribere aggreſſum fuiſſe. Quid enim à prudentia gravitateq; hominis, ad ſobrietatē ſapientis, diverſum magis, quàm profligata jam cauſa reluctari adhuc, ne ſuccubuiſſe videaris? Verſamur graviſſima, luculentiſſima, & toto Chriſtiano in orbe longè celeberrima emortuorū, aut vacantium, ut ut vocari libeat, Monaſteriorū cauſſa; quæriturq; acribus hinc inde ſtudiis, an ita in Pontificis, Cæſaris, aliorumq; Principum poteſtatem devoluta ſint, ut antiquorum poſſeſſorum legitimis ſucceſſoribus nuſquam apparentibus, ea illis transdere poſſint, quorum ea ex animi ſententia majori Chriſtianæ Reipub. bono conducibilius fore judicabunt. Quæſo te, Romane, in hac tam gravi cauſa quos tu judices agnoſcis; nam nemo ſine judicio victor eſſe poteſt? ad cujus tribunal ſtas? cujus edicto parebis? cujus demum ſententiæ acquieſces. Si aliò, quàm ad *Summum Pontificem, unicum in terris Eccleſiæ caput*, reſpiceres, jam hæreticæ perduellionis reus haberere: à quo te crimine, quia longiſſimè abeſſe intelligere me ſatis non poſſe confiteor: *Nonne in Pontificio, eoque ampliſſimo ac juſtiſſimo totius orbis tribunali, in contribulibus tuis ſemel, iterum, tertiò cauſſa cecidiſti?* At non ita, ut nulla tibi reſurgendi ſpes reliqua ſit: *Non diſputo*, quo hæc jure dicas: illud quæro, an hoc libro id te conſequi poſſe confidas? Hoc ſi dixeris, cum tute fatearis, te de cauſſa principali agere nolle, vide, quàm ſani hominis ſit, ea ſcriptione, quæ nihil ad cauſſam dicat, illam

Legitimis in tribunalibus.

Præſertim cū de cauſſa non agat.

illam ſe obtinere poſſe credere. At ego neque Romanæ Rotæ, neq; judicibus aliis ſcribo: Quibus ergo ſcribis? Viris apprime doctis, quorum licet hæc inſpectio non ſit, illorum tamen judiciis recreari te quodammodo poſſe non nego? At quod illi de cauſſa, quam non agis, ex hac tua actione judicium ferant? Reliquum igitur eſt, ut vulgi plauſum captare, illique tot mutatis formis, jocíſque dentatis placere volueris.

Sed vulgi, hoſtiumq; Societatis plauſum captet

Et rem quidem tibi è ſententia caſuram, ſi in me unum ſcriberes, ſperare poſſes; quis enim ego ſim & quantulus homo, non mihi latet: Quia verò per meum latus *Societatem IESV* petis, imò libere in illam omni conviciorum genere inveheris, placebis tu quidem Eccleſiæ hoſtibus, qui noſtro malo ſemper lubentes ſunt pauculíſque forte aliis, qui diverſa licet de cauſſa, eorũ odia imitantur, & quæcumque in nos ſcribuntur, avide legunt, eaque, ac ſi folia eſſent Sybillarum, oſculantur, habentque ut *cœlo delapſa oracula*. Sed horum judicia, ut odio corrupta, eoque invalida, pluſquam adamantino veritatis clypeo excepta, ac refutata, integro jam ſeculo contemnere aſſueti, nihil moramur. At à bonis, quique odiorum cauſſas habeant procul, plauſum tu quidem non feres; quippe quibus exploratiſſimum ſit nimio partium affectu hæc effundi, quóque magis atrocia, eò minus probabilia.

quod bonis probari non poterit.

Multoq; minùs ab ipſis Abbatibus Benedictinis, quorum nos dignitatem ſemper veneramur, ac ſuſpicimus; Beneficentiam largitatemq; magnis Principibus dignam non ſemel experti: *Nulla* igitur *tibi cauſa* erat *ſcribendi:* cum tot jam antea vulgatis libris, libellíſq; nihil tu, nihil hi, qui tecum ſentiunt, Principes, Electores, Cæſarem, Pontificem permoveritis (quamvis, & magna ſcribẽdi animoſitate, nec minori pompâ eruditionis res acta ſit) quo minùs cauſſam adverſariis adjudicarint.

Nihil aliis libellis actũ eſt.

Quamquam Acatholicorũ armis illos viciſſe video, qui Ioanni Ludovico Naſſavio Principi optimo judicium benignitatis ſuæ erga Societatem tuenti, dicere nõ dubitarunt; *malle ſe Monaſteria ab juratiſſimis Eccleſiæ hoſtibus occupari, quam* Parœciis, Seminariis, *aut Societati contribui*. Iam illis ſecundùm vota eſt.

Impium aliquorum votum & dictũ

Quòd ſi Divinitatis arcana conſilia inveſtigare fas eſt, illorumque cauſſas evolvere, hæc odia triſtioris exitus illius belli; non illam quam à te ſomniatam, objectamq; Cæſarum piiſſimo Ferdinando cum luculentâ Cæſarei nominis, ac Pontificii, quo ille nitebatur, injuriâ litteris conſignare nõ dubitaſti, hæc, inquam, indomita odia, & veritati obluctantem ôbſtinationem animorum in cauſſa fuiſſe haud paulò veriùs autumem.

fortè in cauſa fuit minùs lætibellorum exitus.

Digitized by Google

Romani ratio ſcribendi inconſtans, & ludibunda.

Iam verò, quia de conſilio ſatis, quam *ſcribendi rationem* inieris, incipiamus. Et primò quidem *inconſtantiam* ſtili nemo ſatis mirabitur; quòd non directâ acie collatoque propiùs pede pugnes (quod verè Germaniæ indolis, ac veritati præfidentis, ab eâq; ſibi victoriam pollicentis ingenium eſſet) verùm diſſipatis manipulis, more Numidarum, modò in latera, modò in tergum pugnantem perque laſciviam jocandi, venenatas ubique ſagittas ſpargentem nullo doctrinæ ordine, te victoriam nobis erepturum putaveris. Sed noſti morem gentis noſtræ, quæ confertis, inclinatiſque ſariſſarum cuſpidibus, nuſquam laxatis ſtatariæ pugnæ ordinibus, ſed oportunè converſis, aſſultantes hoſtes abſterrere cõſuevit. Hanc tu mihi laudem ſtabilis, hoc eſt legitimi diſputatoris, quamvis ambiguo verbere flagellatam, non invidiſti, faſſusque es veritatis vi adactus, quæ in Aſtro tuo ſparſeras, à me meâ in Eclipſi redacta in ordinem directaque acie more doctorũ, fuiſſe impugnata, ut tu quidem ſentire videris, ut verò ego demonſtrabo, planiſſimè expugnata; Quam tamen confeſſionem nimis malè metuo, ut à te vis ulla veritatis poſſit exprimere: ſed ipſa certæ pugnæ declinatione animi latentes ſenſus abundè fateris. Quid enim aliud eſt in hoc belli genere legitimam pugnam detrectare, quàm deſperare victoriam? Non ſum neſcius ducibus pugnæ aleam ſubeundam non eſſe, niſi aut cogat neceſſitas, aut victoriæ ſpes pene indubia blandiatur. Verùm, ut hæc te penitus deſeruerit, non cogitabas ſaltem deſperatæ cauſſæ infamiam tibi eſſe ſubeundam, niſi allatam à nobis doctrinam penitus convelleres, aciemque tui Aſtri à mea Eclipſi loco motam impulſamque auxiliis, ſi qua poſſes ratione firmatam reſtitueres? & dicis tu quidem aliquid, ubi dicere poſſe tibi viſus es, diciſque quæcumque quo demumcumque modo dicere potuiſti, quo ipſo tamen quàm parùm promoveris, ſuo loco facilè intelliges. Interim firmiſſima totius cauſſæ fundamenta ſubruere quia non poteras, noluiſſe vis videri. Minitaris inſuper, te cauſſam totam penitus exhauſturum, ubi exceptioni falſitatum per me factum fuerit ſatis. Verùm qui decem circiter annos non exiguã humani ævi partem, in hac exceptione procudendâ, & ſingularum falſitatum variâ, inanique pompa inſtruenda conſumpſiſti, quot in reliquam cauſſam tibi depoſces? Vereor, *ne antequam parias, parturire deſinas*. Nos certè, cum de imminente tibi in dies partitudine audiremus, teque tot jam annos uterum ferre ſciremus, *elephantum*, &

Contrà meam conſtantem & ordinatam ipſe agnoſcit.

Non ſine ipſius Romani notâ.

quòd decem propè annis Hortum elaboraverit extra cauſſam

quidem

Digitized by Google

quidem *turritum* expectavimus, qui horribili cum barritu incurrens acies mihi omnes rationum conturbatas protereret; Sed falſi expectatione noſtra ſumus. Muſculus tandem protruſus eſt, quæ imbecilla quidem, ſed non ideò minùs malefica beſtiola, ne ridicula videretur, lora ſcutorum, nervoſque arcubus intendendis neceſſarios, rodere aggreſſa, cum ſibi operam perbellè Reipub. navaſſe videretur, auſa triumphum petere, larvarum pompam inſtruxit, ac præire juſſit, eique dedicatis in hortis magnificè ſe circumſpiciens, inambulavit.

& muſculum peperit, maleficā beſtiolā

Nihilominùs cum ſe adhuc deridiculo habendum non dubitaret, ſe fraterculum elephantis, & quidem primogenitum, clamare cœpit, ſecuturum illum paulò poſt, arenamque totam impleturum. Interim ſibi victoriam acceptam referri debere; qui hoſtiles exarmaſſet acies, elephanti eodem prognati ſemine pedibus proterendas: ſibi quidem exiguas vires obtigiſſe; quia (ne diu nimis hæc arena vacaret) utero ferentis decennio excidiſſet: Cæterùm ſi legitimo tempore naſci contigiſſet, ſe facili augmento elephantem quoque fuiſſe futurum, ipſi etiā veritati formidoloſum.

& gloriarum pleniſſimam

Sed *ut hæc ſua jactet in aula arroſor mus eſt, non bellator elephas*. Sed nō adeò, mi Romane, rude impolitumque ſeculum ſortiti ſumus, ut cornicum oculi facilè configi queant. Videbunt illicò eruditi homines, & gnari diſputationum. Nam his opinor ſcribimus, non qui pro corde peponem habent; videbunt, inquam, quæ tibi nō in campo pugnandi, ſed in horto jocandi fuerit cauſſa.

& huic erudito ſeculo ridiculam.

An non erant argumenta ex omni mortalium jure ducta, quibus ne mala in cauſſa verſari viderere, faciendum erat ſatis? Sed *Laymanni* ſolidiſſimam doctrinam evertere cum ſe non poſſe intelligeret, illam attingere noluiſſe voluit videri Romanus; ne illud à noſtris hominibus audiret; *Leoni mortuo etiam mures barbam vellunt*: quod tamen fecit: nam ſi quis illi pilus vulſioni viſus eſt opportunus, eum quantum viribus valuit, trahere non dubitavit, ut velleret, nulla magni nominis reverentiā.

Romanus injurius in Laymannum, quē contemnit, quia timet

Quamquam etſi aperta, minimeque fucata ſit, quæ tandem eſt iſta excuſatio? Quis enim ſanus doctis viris objectavit, quòd mortuorum ſententias ierit oppugnatum? numquid morte vindicantur, ut in illorum dicta, ſententiaſque anquirere ſit nefas? An ubi tu, ubi ego ad Lares (utinam etiam ad pauciores!) abierimus, qui poſt nos erunt, aut odio partium imbuti, ſive aſſerendæ amore veritatis, quæ invicem ſcribimus, ad trutinam non revocabunt, probantes, damnanteſve, quaſi poſte-

poſteriores, quibus aliqua nobis inviſa, indicta, non animadverſa monſtraverit ipſa dies? Sed Laymannum palàm contemnis; quia in occulto times. Cur *Valentinum Mangionium* abſolutæ graviſque, ac modeſtiſſimæ virum eruditionis non refutaſti, ſed contemptim habuiſti, quaſi carioſum Laymanni fulcimentum? Nihilne ille ſolidi attulit, quem ſolidiſſime diſputaſſe non negabis? Annon ille pede pedem premens totiſque te veſtigiis ſequens, ac nuſquam abſiſtens, nullo te loco paſſus conſiſtere, jacta in Laymannum tela ita excepit, ut fracta conciderent, ſuamque proderent imbecillitatem? Sed hominis Romana in luce adhùc florentis eruditionem irritare auſus non es, ne *Dares Entello* ſuccumberes; neve dentes, quibus toto tibi hoc in opere opus erat, cum ſanguine reiectares. Cur *Eugenio Lavandæ*, non reſponderis non interrogo, prompta nimirum tibi reſponſione; quòd *cum larvis depugnare* volueris. Immo hoc tuum conſilium, ut judicii pleniſſimum, laudarem, niſi aliquid à te factum ſcirem, quod cum illo haud belle conveniat. Vt enim ingenue fatear, duo illa miratus ſum maxime, *Primum* à te Lavandam ob ea, vel maxime accuſari, quæ tibi cum illo communia ſunt, ſtili perpetuò illudentis licentiã, jocorumque luxuriem, depaſcendã utique modeſtioris gravitatis moderatione: *Alterum* hominis adeò nihili ab Academia Viennenſi damnari librum curaſſe te; nam, ſi nihil argumentorum attulit ille, per ſe ſtatim concidiſſet, totâque arenâ ſpectantium ſibilis exagitatus, exceſſiſſet. Verùm non ita futurum arbitrabaris, qui jocando illum imitari decreveras.

Vt etiam Valentinum Mangionium ſolidè diſputantem.

& Lavandã, quem tamen imitatur quãvis clandeſtinè damnari curaverit

Vnus ego ſupereram, quem ut omnium minimum nullaq; ex parte ſive ingenii, ſive eruditionis, ſive famæ magnis Viris accenſendum tibi deſtinaſti, quem impeteres, quem ludos faceres, quem ut lutum platearum deleres, cuius argumenta, rationesq; omnes difflares ut ventus folia. Qua in re, qui res ſuis momentis accuratiùs expendunt, tuam deſiderabunt magnanimitatem, ne audire unquam poſſes.

In me nimium invehitur, ſine ſpe gloria etiã ſi vincat

Egregiam verò laudem, ſpolia ampla tuliſti,

cum *Cruſium* viciſti. Quis enim, quantuſve demum eſt *Bremenſis* iſte, ut eo devicto poſſit magnus *Dux Romanus* in templo gloriæ ſpolia opima ſuſpendere? Quod ſi res aliter cadat, & ſcis bellorum exitus incertos eſſe, & non rarò illos ſuccumbere, qui de victoria ſuis nimium viribus præfiſi, in anteceſſum gloriabantur, quæ tui nominis futura

ſed certã infamiã ſi vincatur

Digitized by Google

futura eſſet infamia cogitare te oportuiſſe dicant. Sic fortaſſe illi, qui me in cute norunt. Sed de hoc tuo judicio, cujus demum cunq; modi ſit, ut tibi placeas, plaudasque non ego interdixerim. Illud unum queror, quòd cum ego argumentum cauſſamq; totam ſuas in partes, & quidem luculentiſſimè tributam more, modoq; doctorum explicaverim; tu rurſum perturbaveris, ac diſperſeris, quæ attigiſti. Neq; hoc artificio contentus, ne id iterum faciam, quod non ſine laude priùs feceram, edicto veluti prætorio jubes ad ea, quæ nullo doctrinæ ordine, ſed luxuriantis poëticè ingenii lubentiâ objicis, ita reſpondere, ut niſi fecero, legitimus non habear diſputator. *Quæ tua hæc imperia ſunt*, Romane Frater? ſed ne dubita, lineæ quamvis criſpanti, nulloq; recto tramite incedenti nihilominus inſiſtam. Illud verò ad præclarum fidei, conſtantiæque tuæ in hac tota diſputatione documentum obſervaſſe operæ precium fuerit, quòd auctorum mea in Eclipſi laudatorum, quos tibi ad manus non fuiſſe doles in Horto plantando, Syllabum quum texas, ut *octoginta* nobis rotundè numeres, *novē* ipſos inſeruiſti, quos ipſo in Horto teſtes laudas, ut ſuo loco demonſtrabimus. Et mirum ſanè videri poſſit tot annorum ſpatio libros, non utiq; afferendos ex Indiâ, videri non potuiſſe à Romano Fratre. Ne verò quiſquam de illo quærat, cur Indiculum texere voluerit, clarè profitetur, ea ſe de cauſſa facere, quòd nullus dubitet *falſationum* atq; *exorbitantiarum* mearum farraginem ampliorem potuiſſe colligi, ſi eos eſſet indeptus: quaſi verò illi exploratum, demonſtratumq; ſit, me non niſi manibus illotis libros evolvere didiciſſe, nec teſtes laudare, quorum dicta non pervertam. Quæ quàm gravis ſit accuſatio, dilutis illis ipſis, quas objecit, falſationibus, illuſtriùs apparebit.

Mihi non reſpondet Romanus.

& quos ſe non vidiſſe dolet, citat auctores

mihiq; injuriam facit

Sed fac me per craſſam, ſupinamque rerum ignorationem & indiligentiam legendi falsò teſtes laudaſſe, adhuc tamen audire vellem, cur mecū ita agere inſtitueris, cur amariſſimis jocis illuſeris? cur maledictis proſcideris? Eſto, demandata tibi à ducibus tuis hæc pugna fuit (nam *de obedientia gloriaris*) numquid etiam ut maledicere, imperatum? Non ego id facilè mihi perſuaſerim; quippe qui memini, militem olim linguâ ferocientem, hoſtique maledicentem graviter à ſapientiſſimo, ac fortiſſimo imperatore caſtigatum, monitumq; *ad pugnam, non ad maledictionem ſibi militem legi.* Et in hoc quidem genere quàm effusè, quantâq;: fueris licentiâ verſatus, ne quiſquam dubitare

Maledictis ſuis in me Abbatiſ imperia fruſtra obtendit.

Effuſiſſima in me Romani maledicta

Digitized by Google

bitare poſſet, ſyllabum ſcommatum, non tamen omnium, contextum exhibuiſti: Non id à te factum queror; nam labore ingratiſſimo Lectori ea exhibendi me liberaſti; ut quæ tibi ſint artes, poſſit intelligere. Certe quidquid ridiculum, noxium, vanum, ſordidum de animantibus, herbiſque ab hiſtoricis traditur: quidquid in dicteriis, jocis, maledictis habetur diligentiſſime conquiſitum, ita in meam contumeliam accommodaſti, ut tibi ob eam egregiam operam ingenioſiſſimus videreris, poterasq; addere

Plaut. in met.

Ob meam *hercle induſtriam vos æquum eſt clarè plaudere.*

Sanè ſi ridiculus hic ſcribendi morbus, veluti ſcabies quædam ingeniorum, latiùs ſerpat, jam tribunalia, quæ ſanctitatis plena eſſe debent, pro veteri ſeveritate, in theatra leviſſimæ ſcurrilitatis converſa dolebimus. Quàm multis foliis tibi decreviſſet liber, ſi à conviciis abſtinens, me falſarum allegationum, ut tu quidem reris, reum peregiſſes, ac damnaſſes? Quis unquam ita ſcripſit, niſi Frater Romanus, cui ante modeſtiæ leges, faceti hominis fama fuit? Et ſunt quidem plurima, quæ hyemem glaciemq; ſecũ ferant, totoq; cum Cauca[redacted] Riphæiſque montibus de frigiditate certare poſſint: ſed non hoc nunc ago, neque falſitatis accuſationem hanc totam revinco; neque hanc hydram, quamvis pluſquam quingentis capitibus ſibilantem, igne veritatis admoto ſilere, hoc emori compello; neque hanc falſitatum objectarum ſylvam adhuc excaudico. Fiet hoc paulò poſt: modò injuriam dictorum, calumniarumque tantum depello.

quibus liber ille crevit

ſed plerumque frigidè

Quod ad rem pertinet, ne quid à me deſideres, ego me legitimaverò, ut tibi loqui placuit, ne nihil à me in mea illa Eclipſi actum putes. Et ita hoc faciam, ut nullius Principis beneficio, ſed natalibus ſuis doctorum allegationes meæ legitimæ judicentur: neque te ipſum judicem reformident, cum illas à parentibus tolli, ac pro ſuis haberi videris. Vbi enim aliquam faſciarum mutationem, quæ numeris, aliiſve, ut loquuntur, quotationibus, per typographorum fatalem quandam, tibique etiam dolendam indiligentiam, oſcitationemq;: ubi cunarum apud alios minùs fidam ſtationem dempſeris, audacter dico, nullam ſpuriam, nothamve, atque adeò legitimationis indigã reperies. Sed ne rem paulò poſt publicis documentis demonſtrandã præcipiamus loco non ſuo, ad conſilium illud tuum tam procaciter nugandi, atque illudendi volens revertor; illius enim viris ſapientibus cauſſas nunquam probabis. Quid enim tandem dicturus es? An tibi

Rejicitur leviter calumnia Falſationum

Arguitur Romani levitas populi auram captantis

tibi jocari, & illudere placuiſſe? Vide quàm hoc temperanter dicatur ab homine religioſo, caniq; jam capitis. Et feciſſes ſaltem ſobriè, ac ſine contumeliâ, non reprehenderem honeſtos ſales. Nunc verò tam effuſam licentiam viris prudentibus, quomodo tandem probaturus ſis, tu videris. Si cum Comico dicturus es, *tibi propoſitum, ut populo placeret, quam feciſſes fabulam*, fruere ſorte tua: ego ſanè, quia hujus judicia non moror, eam tibi nec invideo, nec præripere tentabo. Et me quidem, quod ludos facias, in egregio illo veſtibulo, nihil eſt, quod gravius querar; quando, & *Sacroſanctam*, Deique Vicariam *in terris poteſtatem* traducere auſus es, *aviculæ alligatæ Symbolo*, addita illa Epigraphe, LIGATA LIBERTAS, de quibus mox videro. Interea ſi Summus Pontifex avicula ligata tibi eſt, quin & ego *villaticus moloſſus itidem ligatus*, & quia tibi ad contumeliam parum hoc viſum eſt, *Cerberus*, ut me appellas, itidem tibi ſim, non recuſo. Quòd verò me in agro laborantem altè ſuccinctum, ac birreto pileatum per ludibrium effingi curaveris, gratias etiam ago; Quid enim glorioſius quàm hortum veritatis repurgare? poteras eodem jure craſſas mihi addere compedes; qui enim Metamorphoſei regni Induperator es, cur non me flagellatum operi addicas ruſtico? Nec omnino me malè tractatum foſſoris habitu, aut ſchemate judico; antiquiſſimos enim, & ſanctiſſimos illos Bonifacii diſcipulos Fuldæ incolas Monachos, benè peronatos, ſuccinctoſque, ut ruſtico operi expeditos decet, expictos in Fuldenſibus monumentis videre me memini, quibus aſſimilari non recuſo, quamvis alia tibi ſit mens. De *Scalptore*, quod quereris, ridiculum monitum eſt. Cur enim ſi ſcalpro aberravit, non emendare juſſiſti? cur quod non probas, operi tuo præfigis? An non in illo preclaro tuo monito te illudere voluiſſe fateris? Quid? illa de habitu nimis decurtato ridicula exceptio nonne reliquas firmat illuſiones? Vah: quàm atrox illuſio! *Cruſius in horto laborans* (poterat hæc inſcriptio libro apponi) & quidem ſupra genu reductâ tunicâ. Quid inde? Si hortulanus dicar, honorificum id mihi eſt; prævio enim exemplo, qui deſcendit in hortum nucum amariſſimo licet corio non inutilium pomorum. Et colendi quidem Eccleſiæ agri, ac à vepribus repurgandi laudem Societati noſtræ à Pontifice tributam ignorare non potuiſti, qui epiſtolam Vrbani VIII. quâ paginis duabus majus opus tuum factum eſt, referre non dubitaſti, in qua diſertiſſimè Pontifex ſic loquitur. *Nobis ante oculos proponentes laborioſam*

& Pontificem illudentis.

pag 76. & ſeq.

Ego Romano ſum moloſſus, Cerberus, Foſſor

pag. 145. n. 10.

quod & olim Monachi

Non eſt indecorum in Horto Eccleſiæ fodere.

 atque

pag. 316. „*atque indefeſſam, quam Societas Ieſu in militantis Eccleſia, AGRO*
„*COLENDO, & VEPRIBVS PVRGANDO, ſalutaribusque Eccleſia-*
„*ſtica diſciplina ſementis irrigando, inter cæteros illius cultores aſſiduam*
„*navet operam &c.* I nunc, & mihi coloni habitu illudere te poſſe crede. Equidem malim ſarculo fodere in agro, quàm cum Sceptro verſari in aula Regum. Quod autē moneri me à Sociis voluiſti ſolemni carmine *Ne quid nimis*, oportunè factum judico, & libens parebo jam nunc, neque te imitabor; nam *nobis non licet eſſe ridiculis*, qua in re palmam nimis omnibus eripuiſſe gloriari potes. Itaque abeamus hinc, & ſi quam aliam cauſam tam ſcurrilis, ac deſultoriæ illudendi licentiæ comminiſci potes, qua tuas has ſcurrilitates legitimes (tecum loqui libet) audiamus. Aliquid enim perſuadere te poſſe credidiſti expoſtulatione acerrima in Laymannum invectus; quaſi per ſummam injuriam ſcommatis te laceraverit, eaque tamquam Achillem ſui exercitus habuerit. De re ipſa, ubi locus admonuerit, pleniùs videbimus: interim quâ fronte mi homo Laymannum in illa tua contumeliarum reprehenſione tam acri, ſic maledictis laceras, ut etiam *Canem luna adlatrantem* appelles, hominique fraudes, ſtrophas, paradoxa, Antilogias impingas? ſi hæc diſputanti tibi licere vis, eadem Laymanno, immò longè ſævioraa licuiſſe concede. Sed Laymanni peccata, quamvis atrocia præ illo quod ego facinus in te deſignavi, leviora videbuntur. Ego enim ille ſum, qui te, Romane, *Fratrem* appellavi. Habes confitentem reum, neque aliâ hîc utentem excuſatione, quàm illa, NON PVTABAM, hoc tibi doliturum; Quamquam enim legeram, *Petro Martyri Vermilio*, cum in colloquio Poitienſi à Lainio coram Regibus, Cardinalibus, Summis Gallicani nominis Principibus inter diſputandum FRATER appellaretur, ſtomachū motum eſſe, eam ſibi objici Profeſſionem, quàm impiè ejeraſſet; Te ejus, in qua vivis, pudere divinare non debui. Sed muliebres plane iras exerces, cum me itidem *Fratrem* appellas. Iam hoc mitius eſt, quàm cum canem, Cerberumve. Vt lubet, age, mi Romane; non tu Adami prærogativa uteris, ut quo demum cunque res nomine appellaveris, hoc illis proprium ſit. Vin' dicam aliquid verè? *Nec tu, nec ego FRATER dici debemus*, ſed longè diverſa ratione. *Ego vitæ inſtituto, tu calami* licentiâ.

Mihi non licet eſſe ridiculo

Romanus fruſtra ſe à Laymanno queritur laceſſitum pag. 452.

pag. 454. n. 2.

& à me FRATRIS titulo appellatum

Romani Haye in Societatem

Hæc porrò ſi, tu unum in me debacchatus eſſes, leviùs ferrem; fortè etiam gratias agerem, conarerque adeò gaudere, quòd dignus

fuerim

fuerim, qui pro nomine IESU contumeliam paterer. Hunc eundem ſenſum Societatem univerſam alere non dubito; ſed quoniam Reip. intereſt, ut religioſus hic cœtus, in quem omnium oculi, ſi quid novi accidat, illico conjiciuntur, exiſtimationis integerrimæ ſit, jure tecum expoſtulo, quòd acerbiſſimè illum ubiq; impetas. Dic, Romane, ſi quid ſcommatum, injuriarum, calumniarum, ſarcaſmatum, ironiarũ uſquam omiſiſti, ſive è re nata, ſive ab ingenio raptâ occaſione: Dic, ſodes, dic ex animi tui ſententia, non id toto in hoc opere tuo ſtrenuè contendiſti, ut Societatem IESU, quacunque demum ratione, in invidiam adduceres, atque omni undique conquiſita infamia obrueres? Non negabis opinor, ipſius conſcientiæ ſurdo verbere cæſus; ſimulque fatebere, te mala in cauſſa verſatum eſſe, quæ nullis fulta juribus, tam alienis à probo diſputatore fulcris eſſet ſuſtinenda. Quo id animo feceris, non ego acriùs quæram; quandoquidem *Eſt qui quærat, & judicet*, ante cujus tribunal cum tibi ſtandum erit, quid demum reſponſi daturus ſis, hominis prudenter pii, cujuſmodi eſſe te cupio, jam nunc eſſet cogitare. Illud unum ajo te feciſſe, quod quidem negare non potes, niſi Cruſianum hortum à te conſitum velis negare, in quo, quantum Scioppiani elucet ingenii, tantum Chriſtianæ modeſtiæ, officiique, requiri neceſſe eſt. Quid enim ille unquam ſanctum habuit, dummodo Societati peſſime malediceret? Verùm ne te per injuriam calumniamque ambuſtũ iſſe Societatem negare unquam poſſis, age recognoſce mecum, quæ tua ſunt. Quid igitur de tua illa Epiſtola ad Vincentiũ Carafam Præpoſitum Generalem, virum abſolutæ Sanctimoniæ laude ſupra generis claritatem orbi venerabilem dicam? Quid impudentius excogitari potuit? Nonne *ſcabioſas, & cornupetas oves* appellas, qui cauſſam Societatis contra ferale tuum aſtrum tuendam ſuſcepere? cujus hoc modeſtiæ ſit, alium quàm te ipſum judicem non appellaverim; ſed fac nos hujuſmodi eſſe, quales ibi fingis, totoque opere videri vis, librumne, in quo id agitur maxime, ut Societas modis omnibus laceretur, ejus Præpoſito Generali dicare hominis modeſti, temperatiq; ingenii fuit? Si de cauſſa tota ſobrie ageres, quod nunquam facere didiciſti, eſſet aliqua facti excuſatio: nunc verò violatæ humanitatis reus mortalium omnium judicio perageris. Si quis è tuo libro, cuiuſmodi homines Ieſuitæ ſint, velit intelligere, nonne mortalium peſſimos arbitrabitur? Nunc *Cacodæmoni* ægrotanti

IESV maledicta omnigena,

de cujus animo ac mente non quæritur,

tum in Epiſtola ad Vincentium Carafam Præpoſitum Generalem

tum alibi, & ea admodum atrocia

 compo-

componis,atroci deridiculo: alibi plena irarum oratione *Iudæis in Chriſtum Dominum ſævientibus, ac furialiter ſucclamantibus Crucifige, Crucifige;* Alibi *Virginitatis hoſtes*; alibi Virginum ſacrarum minus honeſtos contrectatores depingis: alibi aularum, atque conſiliorum corruptores: alibi decalogi prævaricatores; quaſi alterum Moyſis cornu fregerimus. Quid ego ſingula perſequor? Vt concupitores, raptoreſque rerum aliarum nullo non loco traducis. Mitto quòd ſolenne ſanctiſſimo Patriarchæ Ignatio carmen *Ad majorem Dei gloriam*, immaniſſimæ alienorum appetitioni à nobis præcini; quòd zelum animarum, rapinam alienorum bonorum vocari; quod ut ſoli agamus, id unum contendere odioſiſſimè objicis. Atrox illud quoq; maledictum, nec ulla ratione diſſimulandum; non quod odii pluſquam Vatiniani in nos argumentum ſit; ſed ne tacendo contemnere videamur. De perſecutoribus ampliſſimi Ordinis Benedictini acturus, ordiris ab illo impuriſſimo presbytero *Florentio*, qui nudarum fœminarum choræis in horto explicatis Benedictum aliò migrare coegit, & nos illi conferre non erubeſcis, & quaſi de illius genere ſatos Florentios vocas: haud ſatis animadvertens, quàm facile in Socienos illos tuos hæc retorqueri poſſint, qui clanculum in monaſteriũ jure quàm optimo nobis transditũ inductis Virginib⁹, de illius nos poſſeſſione dejicere tentarunt. Sed ſi hoc agis, ut Benedictini nominis reverentiam nobis excutias, fruſtra eris; quamvis Abbatum imperia obtendas: neque enim unquam perſuadebis, hæc tua illis probari, qui Benedicti legitimâ diſciplinâ imbuti non Scioppianâ rabie inſtincti, amant veritatem. Accedit ad odii tui declarationem argumentum non leve. Cur enim univerſim quæratur de jure Cæſaris, ac Pontificis in Monaſteria ſuis dudum habitatoribus deſtituta, an illa pios alios in uſus Parœciis conſtituendis, ſeminariis erigendis, collegiis etiam noſtrorum hominum fundandis convertere poſſint: tu perpetua maledictorum atque calumniarum procella ita in nos detonas, ac ſi de nobis tantùm ageretur? Fac nullam eſſe Societatem, nomenque noſtrum nunquam auditum fuiſſe, an non adhuc integra cauſſa tibi eſſet peragenda? Cur igitur tantam nomini noſtro invidiam conflare volueris, tu forte intelligis; ego ignorare malim, ne cogar execrari. Verùm, ut in pauca rem conferam, ut *ſenticetum* nemo ingredi poteſt, neque ſe in illo commovere, quin undique lancinetur; ſic nec hortum iſtum tuum, quin acutiſſimos maledictorum in So-

tum maximè cum Socios Florentio impuriſſimo componit ſed parum cautè,

qui non ob hæc Benedictinos Patres minùs colunt

Romanus cauſam aliis communem in invidiam ſolius Societatis trahit.

in Societatem aculeos ſentiat. Si hæc libro demas, quid illi reliquum erit? Et hæc quidem vix eſſent ferenda, ſi crimen, cujus nos accuſas, quoquo modo probaſſes, nunc verò Pontificis, Cæſariſque judicio damnatus cum ſis, in eos, quibus cauſa adjudicata eſt, tanquam in reos, privatum hominem tam impotenter invehi, quis ferat? Aliena concupiſcere, occupare, dominos de poſſeſſione dejicere, monaſteria religionis ſanctitate venerabilia invadere, fundatorum ultimas voluntates infringere, execrationes inſuper habere, alios ordines ſacros ad priſtina decora reſurgentes impedire, ſibi omnia concupiſcere, Virginitati detrahere, Virginibus manus afferre violentas, & quæ ſunt hujusmodi ſexcenta, à te paſſim in Societatem jactata, ſcio crimina unco, & gemoniis digniſſima eſſe, nec magni opinor ingenii eſt in his paratragœdiari. Sed ea objicere abſolutis, projecti ad omnẽ licentiam, & obſtinatiſſimi ad contumelias animi, & judicibus ipſis inſultantis accuſatoris manifeſta eſt impudentia. Quæ omnia verè à me dici ſcio te non ignorare, & ne orbis Chriſtianus porrò ignoret, opere toto perficiam; ſentibus iſtis tuis adeò radicitus evulſis, ut iterum pullulandi vel obſtinatis ad contumeliam, ſpes nulla ſuperſit. Illud interim te admonitum velim, ut ut tibi ingenioſus accuſator videaris, ſatis certe cautum te non fuiſſe. Quid enim? nunquamne tibi venit in mentem etiam poſtquam ab adverſariis monitus es, nõ tam Societatis, quàm Benedictinorum tuorum te juguſum petere? Habet Societas monaſteria aliquot aliis olim Ordinibus donata. Habẽt etiam nunc, aut olim habuere lõgè plures Benedictini, aliis Ordinibus, aut etiam Clericis, Canonicíſque fundatas, diuque poſſeſſas Eccleſias. Hoc negare ne poſſis, hiſtoriarum monumenta teſtantur, eaque in lucẽ proferre aliis cura fuit. Quid igitur dicturus es, Romane, ſi unus aliquis ex illis cœtibus redivivus exiſtat, & Benedictinos legirupas, fures, latrones, appellet, ſi Iudæis, ſi cacodæmoni conferat? ſi, quæ tu in Societatem, eadem ille in tuos jaciat? Quid rogo, dicturus es, Romane, quid? Non aliud opinor, quàm nulla vi, nulla injuria, nullo malo dolo, ſed jure quàm optimo, vel à Summis olim Pontificibus, vel illorum conſenſu à Principibus; quòd ita è Repub. eſſet, cujus illi Principes, Patronivè ſunt, vocatos Benedictinos illorum monaſteriorum, Eccleſiarumve poſſeſſionem cœpiſſe: ob eamque cauſam projectiſſimos calumniatores futuros, qui aliquid in illos dicere auderent. Hæc cum tu veriſſimè dixeris, illud ego tantùm

Romanus objicit, nec probat, quod calumniatoris eſt

Benedictini olim alienis monaſteriis Eccleſiiſq; creverunt;

ſed optimo jure, ut & modo alii

addam

addam: *Pondus & pondus*: Tu reliqua pro tua ſapientia intelliges, cavebiſque diligenter, ne alterum legis omnibus à natura inſitæ cornu frangas, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

Romanus in Cæſarem invehitur

Dicam hic tamen aliquid, quod in tanta hoſtis acerbitate ſolatio fortè alicui videri poſſet, eodem nimirum impetu abreptum Romanum in Cæſarem parata tuliſſe cornua, neq; ſemel, neq; leviter laceraſſe, ſolemni tamen ubiq; præfatione virtutis ac laudis, quod adeò tenue artificium eſt, ut ſtatim pelluceat. Nam id mendacio proprium cum ſit, ad legitimos tranſmittitur hæredes. Fruſtra blandiris, ut mox reum peragas. Etiam medici venæ, quam ſecare volunt, palpum obtrudunt, ob eamq; cauſam altiùs extare, ac micare curant, ut ictu certiore percutiant. Quanta injuria in Cæſarem incurreris, eiuſq; poteſtatem imminutum iveris, ubi ſceleris tui veſtigia relegemus, agnoſcet Lector; nam te ea latere non puto; Qui enim *Cæſarem* violati non quidem Cæſarei juris, quo non tenetur, ſed gentium, ſed naturæ, ſed ipſius Sacroſancti juramenti, cujus religione ad Eccleſiarum tuenda jura ſe adſtrinxit, toties accuſat, ignorare ſane non poteſt, ejus à ſe lædi Majeſtatem, atq; adeo eius ſe lege teneri. Sed quia eâdem intacta inviolatâque fruſtra ictus in nos te dirigere animadvertebas, ſcutum hoc impenetrabile, quaſi ficulneum eſſet, undiq; tibi perterebrandum putaſti; cum illud nobis auferre non poſſes: ſed auſu ſacrilego, irritoque conatu; cum illa maxime Pontificis accederet auctoritas Deo proxima, à quo ſi Dominum bonorum Eccleſiæ conſtitutum eſſe negas, Adminiſtratorem certè negare non potes, ut de illis pro ſua fide, atque prudentia, majorum exemplis inſiſtens, quod Reipub. commodiſſimum arbitrabitur, faciat.

ut per ejus latus Societatem petat

Romani impudens in Romanum Pontificem irreverentia

Verùm hæc Pontificis auctoritas, Romano Fratri *avicula* eſt quam ſe ligaſſe gloriatur audaciſſimâ illâ ſuâ Epigraphe, LIGATA LIBERTAS. Quantum huic dicto heterodoxi ſupercilii ineſt? Tune, quia aliquid in jure Canonico intelligere tibi videris quod ipſum quàm ſit exiguum, ubi ad diſputandum aggreſſi fuerimus, viſurus es, Tune, inquam, illius *auctoritatem*, poteſtatemque à te *ligatam* prædicare audes, cui *ligandi, atque abſolvendi à Chriſto Deo datum* jus eſt? Audiat hoc Benedictus, audiat hoc Bonifacius, audiant hoc non modo veſtri Ordinis, verùm totius Eccleſiæ magna lumina, & te pro ſuo agnoſcant? Audiat hæc Petrus, videatque in Succeſſore ſibi à Roma-

Digitized by Google

Romano Fratre pedicas injici *ligataque avicula* ſchemate illudendum orbi exhiberi,niſi major hæc monſtra videntium, ac deteſtantium eſſet reverentia, quàm unius hominis illa concipientis, atque in publicam lucem, abortu audaciſſimo protrudentis eſſet inſana temeritas. Quomodo homini Catholico, immò & Benedicti ſanctiſſimam diſciplinam profeſſo,& ſacris majoribus initiato hæc ſcribere aggredienti non tremuit manus,diſſolutiſque nervis non excidit calamus? De Scalpro hæretico quo uſus es, nihil miror. Lætari poterat Catholici hominis ære ſe conductum, ut Pontificiæ illuderet poteſtati. Ac ne calumnioſè à me agi clamites, doleaſque in te uno reprehendi,quod juris Canonici doctiſſimis, atque ſanctiſſimis fraudi non eſt; nego à quoquam verè Catholico hujusmodi aliquando facinus fuiſſe deſignatum. Diſputant illi quidem de Pontificis auctoritate,atque poteſtate; ſed ſobriè, ſed modeſtè diſputant, illam rite partientes; docentesque,quid facere Pontifices conſueverint,quid ſupremi jurium arbitri ſibi licere judicaverint. Cæterùm illorum judicio libertatem non adimunt. Et convenit quidem inter omnes Catholicos,quæcunque ad Chriſti gregem paſcendum conducibilia ſunt,Pontifici à Deo ita permiſſa, ut quæ illa ſunt, judicare illius etiam partes ſint; quod ſi ipſe non fecerit, aliis modeſte diſquirere liceat. Sed Catholicos omnes hominem eum vel deteſtari vel commiſereri convenit,qui Summum Chriſtiani gregis paſtorem in *aviculam* pluſquam ſcurrili licentiâ transformans,illi à ſe pedicas etiam injectas gloriabundus jactet. Licentiam nullus Pontifex uſurpat: libertatem nullus illi mortalium ligabit. Multum intereſt inter modeſtiam adulationemque: Non iidem veritatis,ac temeritatis fines ſunt.Sed age,qui *Aviculam* iſtam hac noſtra ætate illigatam ferre non potes, velleſne ante aliquot ſæcula *ligatam* fuiſſe? Cum ad vos volitabat,antiqua & aliis fundata vobis monaſteria contribuendo,quod ita è Repub. eſſe judicaret,liberam fuiſſe par eſt: nunc cum aliter agit,& quæ olim veſtra,diuque legitimis dominis deſtituta, ac proinde ſui juris facta,quod ipſa judicavit,aliis transdidit,liganda tibi videtur? At bene habet: non tu illam ligaſti, ſed te audaciſſimæ temeritatis pedicis irretiſti,ex quibus, ut totis viribus coneris, eripies te nunquam. Infauſta hæc vox,& male ominata perpetuò te damnabit,nec poterit ullius, quamvis acuti diſputatoris voce defendi: Proh quantum Scioppiani veneni à te hauſtum eſt! Egit id illa in

contra Catholicorum Doctorum morẽ

& modeſtiam

nec ſatis ad rem ſuam attentè

 tua

Digitized by Google

tua Aſtrologiâ, quod tu hic agis, & quamvis egerit acerbiſſimi calumniatoris more in Pontificem, aulamque Romanam invectus, eò tamen inſaniæ minime progreſſus eſt, ut LIBERTATEM LIGATAM Summi Hierarchæ, palàm derídiculo publicaret. *Nimirum* aliquid agendum tibi fuit, ne nihil egiſſe videreris, niſi ſupra magiſtrum deſiperes.

De Probatoribus aliquid obductum

Reliquum hic jam eſſet, ut de approbatoribus, laudatoribusque tum Aſtri tum Horti aliquid tibi in anteceſſum obnunciaremus, verùm cùm de his initio operis mihi agendum ſit, illud te admonuiſſe hic ſatis erit, neque nos, neque viros doctos ita nullius eſſe mentis, ut inter Iudicium humanitatemque diſtinguere neſciamus. Et facile quidem eſſe hoc agenti, ut Vniverſitatis alicuius nomen uni parti adhæreat: verùm fallaciis diſcuſſis ſuum veritatis ſplendorem redire, ut mox videbimus.

Tranſitio ad cauſſam diſputandam.

Quod igitur felix fauſtumq; ſuffocatæ à ſpinis veritati ſit, ad *hortum* hunc meo nomine, ſed *Romani manu conſitũ* accedamus, ac veteri more noſtro, nihil ampliùs quærentes, expoſtulanteſque rationibus, juribus, tabulis agamus tam valide, quàm ſobrie ac præcise. Quo autem ordine progreſſuri ſimus, ut ipſo ſtatim in limine Lector agnoſcat, Tractatuum, ac quæſtionum indicem præmittemus.

IN COM-

Digitized by Google

IN COMMENTA HAYANA AULÆ
Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani

DISCUSSA à P. JOANNE CRUSIO
Societatis JEſu

INDEX TRACTATUUM
ET RESOLVTARVM QUÆSTIONUM
tam principalium, quàm incidentium, in quo
Idæa totius Operis breviſſimè repræſentatur.

Totum hoc opus *in quatuor* diſtribuitur TRACTATUS, in quorum

PRimo TRACTATU Præliminari *quinque* Capitibus inculcatur; quid de F. Romani Aula, Horto Cruſiano, Aſtro, Eclipſi, eorumque approbationibus, nec non de inſimulatis allegationibus falſis generatim ſit cenſendum.

Primo quidem *Capite* oſtenditur generatim, quòd F. Romanus *in Aula, Horto Cruſiano, Titulo Ligata Libertas, &c.* liberam & ordinariam ſummi Pontificis de rebus & bonis Eccleſiaſticis nec non Monaſteriis Conventu deſtitutis diſponendi poteſtatem impugnet, eamque veluti aviculam catenâ ligatam conſtringat, ac bonam Societatis famam ſugillet, quemadmodum Año 1630. ſe facturum non nemini Theologorum edixerat, unde liber is velut famoſus veniat reiiciendus.

Caput ſecundum in duas dividitur *ſectiones*, quarum *priore* oſtenditur, quòd ſuffragationes Academiæ *Salisburgenſis* pro Aſtro, Aula & horto ſint in re propria conceptæ, ideoque nihili æſtimandæ; *Lovanienſis* verò Academiæ atque unius alteriusve Doctoris ex Univerſitate *Pariſienſi*, ſecus ac F. Romanus *allegatione* 508. exiſtimat, ſint ſuſpectæ, vel certè nihil adverſus rem judicatam faciant.

Sectione poſteriore demonſtratur, quòd Cenſuræ aliorum quorundam Doctorum pro F. Romano datæ, veritati & rei judicatæ nihil præjudicare poſſint; cùm ipſimet Doctorum à me citatorum authoritates & rationes nec inſpexerint, nec legerint, nedum ex iis me aut aliquem ex noſtris ullius falſitatis coarguere poſſint: tum etiam ex *Catalogo calumniarum*, opprobriorum &c. eisque ſubjecta ſententia judiciali in ſimilibus lata, evincitur, quòd liber iſte F. Romani bonis moribus valdè adverſetur, ſecus ac ipſi cenſores prodiderant. Accedit quòd ipſemet F. Romanus dictâ *allegat.* 508. *n.* 7. Doctoribus approbantibus directò contrarietur.

Cap. III. docetur, quòd Academiæ *Viennenſis* approbatio Aſtri & repro-

batio *Lavandæ* inſcio Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domno Epiſcopo Viennenſi, præteritiſque Decano ac præcipuis membris facultatis Theologicæ planè ſub & obreptitiè emanarint, quibus cognitis Decanus ſolenniter contradixerit, quemadmodum etiam Eminentiſſimus Dn. Gaſpar S. R. E. Cardinalis Matthæi id temporis Nuncius Apoſtolicus Viennenſis ad Eminentiſſimum Domnum Fabium S. R. E. Cardinalem Chiſium eodem tempore Nuncium Apoſtolicum ad tractum Rheni literis datis inſinuavit. S. C. Majeſtas quoque interceſſit, ac pro Lavanda Decretum tulit, quo à F. Romani impugnatione defenditur.

Huic Cap. 3. ſubjungitur *Appendix*, in qua declaratur, quòd Facultas non admodùm Reverendi Patris noſtri olim pro P. Valentini Mangionii Theoricis, ſed Reverendiſſimi Domni Abbatis Ochſenhuſani pro F. Romani libro (cui Titulus eſt *Aula Eccleſiaſtica & Hortus Cruſianus*) data Priſcianum flagellet, ideoque non prioris, ſed poſterioris Facultas ſit ſuſpecta.

Cap. IV. docetur 1. quod Cenſuræ almæ & Regiæ *Univerſitatis Duacena* pro Aſtri Eclipſi datæ legitimè ſint obtentæ, atque à Sereniſſimo Domino Chriſtiano Wilhelmo Marchione Brandenburgico collaudatæ, nec per ſubſequentem Aſtri approbationem revocatæ, ſed in ſuo vigore omninò relictæ, quemadmodum Univerſitas ipſa nomine Eminentiſſimi Domni Fabii S. R. E. Cardinalis Chiſii &c. per Reverendiſſimum Domnum Suffraganeum Leodienſem rogata contra F. Romani aſſertionem *in Præfatione ſub n. 9. & horti Confinibus allegatione* 508. *n.* 4. reſpondit: 2. quantâ importunitate Aſtri approbatio ſit extorta, ſecus ac *dictâ præfatione horti n.* 10. aſſerebatur. 3. deniqué, qualia pro Aſtri Eclipſi aliorum diverſorum Dnn. & Doctorum ſuffragia fuerint lata.

Cap. V. exponitur, quàm ambiguè F. Romanus *in præfatione horti n.* 12. *in ſententiis præambulis, allegation.* 169. 297. 334. 335. 408. *n.* 1. 508. *n.* 7. phraſi *falſa allegationis* abutatur, Lectoremque fallat, ac paſſim eam in erroribus typographicis adhibeat, ut ex allegationibus quinquaginta ſeptem ibidem allatis oſtenditur; quin etiam mihi aliorum Doctorum allegationes ſimilibus mendis typographicis laborantes imputet: ac præterea *publico Inſtrumento* oſtenditur, quòd judicio Dnn. Doctorum, qui loca mihi ante editionem horti Cruſiani objecta atque *in Confinibus horti* relata inſpexerunt, legerunt, examinarunt, à falſitate allegationum ego fuerim omninò abſolutus.

TRACTATU ſecundo Principali citra Receſſum ab obtento judicato pro nuda duntaxat veritatis Informatione ſpeciatim *ſeptem quæſtionibus primis* docetur, *Pontificem poteſtate ſuâ ordinariâ poſſe Monaſteria Conventibus deſtituta ab aliis ut membrum independentia, aliis piis Uſibus Eccleſiæ deſtinare*, eò quòd non ſit impedimentum ex parte ipſorum Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum, ſive formaliter quoad Collegium, ſive materialiter quoad ipſos titulos, Privilegia, bona, conſiderentur; nec etiam ſit inſufficientia aut defectus ex parte ipſius poteſtatis ordinariæ, neque

etiam

Digitized by Google

etiam hæc ullibi in jure reſpectu dictorum Monaſteriorum reſtringatur; nec etiam ex parte ſubſtituendorum ulla detur repugnantia; prout de *primo* in quæſtione 1.2.3. *de ſecundo & tertio* quæſtione 4.5 6.7. videbitur.

RESOLVTIONE Quæſtionis 1. docetur, *Monaſterium ab alio quoad proprietatem independens, conventu deſtitutum, ob mortem omnium de Collegio illius dici actu & habitu deſinere eſſe*, adeoque nullum diſpoſitioni pontificiæ obiicere impedimentum, unde hæ quatuor formantur Concluſiones.

Et quidem *Cap* 1. Concluſ. 1. *Monaſterium ut Collegium ſeu prout hoc dicit ſocietatem plurium perſonarum uno in loco eodemq; fine Religioſo congregatarum, ob mortem omnium ex jure, Doctorum variorum authoritatibus ac ratione definit eſſe actu & habitu, quoad illius durationem*, ut cum Laymanno & Mangionio contra F. Romanum & Dn. Prælatum ex Ordine Præmonſtratenſi oſtenditur; ubi ſimul explicatur, quid ſit Actu & habitu manere vel deſinere eſſe; quid fieri de jure vel facto; quid Fictio, quique illius effectus; quid ſomnus, quid Mors? & an Collegium rectè dicatur emortuum; quid ſpes juridica & vana? ac ſimiliter omnia in contrarium mota diſcutiuntur.

Cap. 2. Concluſ. 2. *Monaſteria ut ſunt tituli aut dicunt Titulos, Conventibus ſuis ob mortem omnium iſtius loci Conventualium ſeu Collegarum Religioſorum deſtituta, ſunt extincta*, idque ex jure, Doctorum authoritatibus ac præjudiciis ſacræ Rotæ Romanæ commonſtratur, ſimulque inculcatur, quomodo & quotupliciter *tituli* in ſacris ac prophanis, tum in jure atque hic accipiantur; quomodo tituli numerati & nominati differant? quomodo dicatur aliquid in titulum erigi; item quando tituli vacare, dormire, extingui dicantur; ac ſpeciatim quid ſit Canonia, præbenda, Perſonatus, dignitas, beneficium, Eccleſiaſticum officium, quidve tituli Monachales? &c. Item quòd in Monaſterio Conventu deſtituto Abbatia nec ſit, nec habeatur amplius dignitas, oſtenditur; itidem de jure Electionis, devolutionis &c. agitur, quæ partim contra Dn. Caramuelem Lobkowitz, partim contra F. Romanum ac Dn. Prælatum ex Ordine Præmonſtratenſi ab eorundem objectis vindicantur.

Cap. 3. Concluſ. 3. *Monaſteria qualiter ſe habentia ſeu ut dicunt jura ſpecialia & privilegia perſonalia & Corporalia Conventibus ob mortem omnium deſtituta, ſunt & dicuntur extincta*, idque ex jure & Doctorum authoritatibus comprobatur; ubi de *privilegiis* eorumque natura & diſtinctione in perſonalia, realia & Corporalia; item de Inſignibus Abbatum, jure mitræ, ſandaliorum diſquiritur, quæ ex juribus vel Doctorum authoritatibus ac rationibus contra F. Romanum ac Dn. Prælatum fruſtra me de falſis allegationibus inſimulantes, ac pro ſe S. Antoninum, Franciſcum Suarez, Barboſam, Bonacinam, Rodericium &c. allegantes, pluribus deducuntur; prout & illud, an & quomodo actio ſemel extincta dicatur non reviviſcere.

Cap. 4. Concluſ. 4. *Monaſteria materialiter accepta ſeu ut dicunt eorundem dominium & poſſeſſionem ob mortem omnium Conventibus deſtituta, ſunt & dicuntur eſſe extincta; ut verò dicunt bona ipſa ac jura realia, poſt mortem omnium*

Digitized by Google

iſtius loci collegarum dicuntur vacare; ubi quid *bonorum* appellatione hîc veniat intelligendum, quæ bona vacantia cenſenda, item de hæreditate jacente, dominio mediato, immediato; ficto, vero, ex juribus, Doctoribus & rationibus contra F. Romanum diſquiritur.

Denique in *Appendice quæſtionis* I. Corollarium hoc accedit, *quòd Dominium Chriſti ſuperius Eccleſiæq; Univerſalis ſubordinatum non impediat, quò minus bona Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum dicantur vacare*, ubi F. Romani acceptio *Eccleſiæ Univerſalis & Romanæ*, ac quomodo Legatum Sancto alicui vel etiam pauperibus factum intelligatur; tum utrum dominium proprium S. Benedicto vel alicui alteri Sancto rectè aſcribatur, vel etiam quomodo illud alicui ſanctorum in res ſublunares aſcribi poſſit, examinatur.

In Reſolutione quæſtionis II. oſtenditur, quòd *bona Monaſteriorum conventibus ob omnium Conventualium mortem deſtitutorum ab aliis quoad proprietatem independentium, non ſint ab Ordine vel Unione ſeu Congregatione aliqua provinciali occupata*; Cùm neque Ordo, neque Unio ſeu Congregatio Provincialis eorum Dominus aut poſſeſſor mediatus ſivè immediatus ſit, adeoque ipſa bona vacent, nec Unioni ullum impedimentum præſtent, quæ *tribus Sectionibus* proponuntur.

Sectione I. F. Romani & Dn. Prælati ex Ordine Præmonſtratenſi, tum cujusdam Religioſi Doctoris ex Ordine Ciſtercienſi argumenta *tribus capitibus* proponuntur, quorum

Cap. I. F. Romani & Dn. Prælati tum præfati Religioſi Doctoris argumenta ex rationibus, ſtatutis, ac variis privilegiis, Imperatoriisque Reſcriptis petita ac *pro Dominio* eorundem Ordini aſſerendo deducuntur: *ubi* de Actione pro Monaſteriis Conventu deſtitutis recuperandis intentanda; tum an & quomodo Monaſteria dicantur emortua; item de eorundem *occupatione*, prout eſt modus acquirendi legitimè Dominii, agitur.

Cap. 2. F. Romani Reſponſiones ad aliquot pro parte noſtra contra ipſum adducta argumenta, quibus Dominium Ordini in dicta monaſteria negabatur, afferuntur.

Cap. 3. Ejusdem F. Romani argumenta pro *poſſeſſione* Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum Ordini &c. aſſerenda in medium adducuntur, *ubi* de poſſeſſione Naturali, Civili, remediis poſſeſſionis recuperandæ, maximè, *c. redintegranda.* 3. *q.* 1. de Edicto Cæſareo, proſyllogiſmo ac Syllogiſmo Hayano agitur.

Sectione II. Contraria *Laymanni* ſententia, quòd nimirum *Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtituta ab aliis Monaſteriis quoad proprietatem independentia, vacent*, nec ullatenus eorum Dominium vel poſſeſſio ſive mediata ſive immediata, ſit penes Ordinem ipſum vel Congregationem aliquam Provincialem, latè defenditur: *ubi* de *Hoſpitalitate Societatis* ab aliorum Ordinum hoſpitalitate diſtincta ejusque obligatione, dominio politico alto, ac Juriſdictionis, medio ac baſſo proprietatis,

dircꝏ

directo, utili; pleno, ſemipleno, ac quàm diverſimode de iiſdem Theologi ac Icti loquantur, tum quomodo Eccleſiæ particulares, non verò Univerſalis deficere poſſit; item an & quomodo Ordo religioſus ſit unum Corpus & quale; itidem de Univerſitatibus earumque Varietate, nec non quomodo Monaſteria dicantur membra Ordinis; tum de poteſtate Præſidum Congregationis &c. de poſſeſſione Civili, naturali, per ſe aut familiam ſuam acquirenda, retinenda, amittenda, amiſſa recuperanda, actione ſpolii, à conjunctis intentanda, diſquiritur.

Sectione III. F. Romani & Dn. Prælati, atque alterius Religioſi Doctoris argumenta & reſpectivè Commenta ſupra *ſect.* 1. propoſita, totidem, id eſt, *tribus* capitibus diſcutiuntur & refelluntur, Et quidem

Cap. 1. argumenta, quibus Ordini videbatur *Dominium* Monaſteriorum ob incolarum omnium mortem Conventu deſtitutorum aſſeri, ex deductis *in Sect.* 2. diluuntur, *ubi* de jure ad rem & in re; actione populari; collatione beneficiorum; voti ſtabilitatis in loco effectu; bonorum Eccleſiaſticorum Communione, alienatione; Ciſtertienſium privilegiis, ac quibusdam Legibus de privatorum ac Monaſteriorum facultatibus & poſſeſſionibus latis; Imperatoriis Reſcriptis; membro Religionis; quæſtionibus juris circa res Eccleſiaſticas, & an in iis Imperator judex eſſe poſſit, diſcutitur.

Cap. 2. Reſponſiones F. Romani ad aliquot ex noſtris argumentis *Dominium* Ordinis &c. attingentibus datæ diluuntur, *ibiq;* de Poſtliminio perſonarum ac rerum; de ſtatu & Conditione vitæ Monaſticæ ſolitariæ, quidve de iis ſentiendum; de delictis perſonarum, quando Communitati aut Conventui præjudicent vel non; tum de Conſtitutione Sixti V. Societatem noſtram ſpectante diſceptatur.

Cap. 3. argumenta F. Romani, quæ pro Monaſteriorum emortuorum *poſſeſſione* Ordini aſſerenda & quaſi poſtliminio reſtituenda, ſunt *ſect.* 1. *c.* 3. allata, diluūtur: *ubi* de Natura poſtliminii, Civilis & naturalis poſſeſſionis: nū ea ab hæreticis invaſoribus acquiratur, diſquiritur, ac ſimul oſtenditur, quod neutra poſſeſſio toti Ordini, in quo ſtabilitas loci promittitur, acquiratur, ideoque nec poſſit tanquam retinens civilem poſſeſſionem agere interdicto recuperandæ aut ſibi reſtituendæ poſſeſſionis naturalis, licet pro eorundem recuperatione *actionem popularem* intentare poſſit; tum quomodo quis dicatur per familiam poſſidere; *ubi* de varia familiæ acceptione agitur, oſtenditurque quòd Ordo S. Benedicti reſpectu alicujus Capitis politici intrinſeci, cui omnes pareant, non ſit *jure proprio* familia; item quomodo à Generali Societatis Jeſu &c. dicantur res ſuorum Collegiorum quoad adminiſtrationem poſſideri; Dominium verò penes ipſa Collegia eſſe, non tamen per modum titulorum beneficialium, quemadmodum aliæ etiam dantur Eccleſiæ, in quibus nulli ejuſmodi tituli ſunt inſtituti; quarum itidem rerum domus profeſſæ Societatis ſint capaces; quomodo Societas Jeſu ſit & dicatur aliquod corpus ſacrum politicum Eccleſiæ: item quomodo votorum ad certum locum

Digitized by Google

reſtrictorum vel non reſtrictorum differentia ad Dominium & poſſeſſionem rerum Monaſterii in comuni acquirendum plurimum conferat; unde etiam differentia inter Societatem Jeſu & Ordinem S. Benedicti, tam quoad perſonarum translationem, quàm quoad Dominii & poſſeſſionis acquiſitionem in comuni appareat. Item translatus in Ordine S. Benedicti ex uno Monaſterio in aliud an & quomodo de novo faciat Profeſſionem; *ubi* de literis Abſolutionis, dimiſſorialibus & Comendatitiis diſcutitur; tum quod detur Receptio Religioſi, vel ut filii vel ut hoſpitis in aliquod Monaſterium: Præterea voti ſtabilitatis obligatio unde oriatur, quis ejus effectus, inquiritur; itidem de tranſitu & translatione canonica Monachorum; eorundemq; matrimonio ſpirituali; quomodo poſſeſſio Civilis rerum Eccleſiaſticarum ab Eccleſia particulari, non verò Univerſali, decennio amittatur; de Reſcriptis Imperatorum reſtitutoriis, eorundemq; ſub & obreptione; Reſponſo quatuor Principum Electorum ad Imperatorem dato; itidem de Inſtrumēto Pacis ex ſententia F. Romani; de Monaſteriis quibusdam per Religioſos incolas venditis agitur: Termini jurisdictionis ſecularis atq; Eccleſiaſticæ qui ſint quoad bona Eccleſiaſtica in petitorio ac poſſeſſorio judicio, ac quodnam ſit forum competens Clericorū & Monachorum in petitorio vel poſſeſſorio ſi inter ſe agant: item quòd Monachi alienigenæ non poſſint dici ſpoliati, ſibique illud applicare, quòd *ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus*; nec propterea Societatis ſcriptores hæreticorum cauſam fovere dicendi ſint; Denique quando mandatum de manutenendo detur.

RESOLVTIONE Quæſtionis III. traditur, quod Ordo ſpem juridicam ad Monaſteria conventibus ob incolarum omnium mortem deſtituta non habeat, ubi quid ſpes quidve ſpes juridica vel vana, inquiritur; idque *tribus* capitibus.

Cap. 1. F. Romani *argumenta & Commenta* pro aſſerenda *ſpe juridica* referuntur; ubi cujus contemplatione Monaſteria ſint inſtituta, fundata, inquiritur; *Clem. quia contingit. de Relig. domib.* proponitur, quodque Regularia Regularibus ſint conferenda beneficia; de Pontificis poteſtate & obligatione ex aſſerto jure devolutionis & *cap. relatum. Ne cleric. vel Monach.* de jure in re & ad rem diſceptatur.

Cap. 2. oſtenditur, *Ordini vel Vnioni ſeu Congregationi provinciali &c. nec ex fundatione ſcripta aut verbo teſtata, nec inteſtata, ſive donatione vel legato, nec ex ſacris canonibus nec aliunde jus ullum competere in Monaſteria alienigenarum &c. convētibus ob incolarum omnium mortem deſtituta*; *ubi* de literis fundationum, inſtitutione, ſubſtitutione, directa, obliqua; legato familiæ, an & quomodo huc conveniant; & quando hoc ultra quartum gradum porrigatur; itidem de fundatorum mente ac *dentibus anchora* ſpei Hayanæ, *nimirum* exiſtentia beneficii; electione nomine Eccleſiæ facienda; devolutione; exiſtentia aliorum fratrum ſub regula S. Benedicti; ſurrogatione in feudis; item an leges in cauſis Eccleſiaſticis juri Canonico non contrariis nec ab eodem expreſſè deciſis allegari

Digitized by Google

legari queant; tum de donatione inter vivos, vel mortis cauſa, diſquiritur, oſtenditurq; quòd ex nullo iſtorum capitum Monachis alienigenis in Monaſteria Conventibus ob omnium Originariorum vel incolarum mortem deſtituta, haud ullum jus ſeu ſpes juridica competat.

Cap. 3. F. Romani Hay argumenta & *Commenta diſcutiuntur, ubi* de fundationis ratione formali, an Monachis quà Monachis vel etiam quà clericis ſit fundatio facta; & an aliqua pro illuſtribus aut nobilibus perſonis facta detur, eaq; ex Concilio Baſileenſi ſit Corruptela diceda; ac quid de hoc Concilio ſit ſentiendum; an intuitu totius Ordinis ubicunque fiat fundatio; ubi quid ſit intuitu vel contemplatione alicujus fieri fundationem piam: qualis item ſit Monaſteriorum *Saxoniæ* Gandersheim, Quedlinburg, Brunteshauſen, Hesling ſive Zeven &c. *VVeſtphaliæ* Aſſindiæ, Elten, Græverode, Gerrisheim &c. fundatio, item quòd indignum ſit, viros nomine mulierum venire intelligendos. Bona Monachorum cui adquirantur; *Clem. quia contingit. de Relig. Domib.* quomodo intelligatur; ubi de mutatione ultimæ voluntatis; item de ſubſtitutione aliorum ex Doctrina Doctorum & Gloſſæ *in cap. ſicut alterius. 7. q. 1. verb. regulariter*; quomodo quis non in bove & aſino aret *juxta Concil. Trident. Seſſ.* 14. *de Reformat. c.* 10. quis itidem intellectus *cap. cùm cauſam* 27. *de Elect.* Gloſſ. *in cap. ne pro defectu. de Elect. ad Galat.* 4 *cap. inter quatuor. cap. cum venerabilis. de Relig. domib. cap. relatum. Ne clerici vel Monach. can. quæ ſemel.* 19. *q.* 3. (quod non de Benedictinis ſed Baſilianis loquitur) *can. Pervenit. il.* 2. 18. *q.* 2. ac Decreti Innocentii III. in quo habetur, *ut ordo Monaſticus, qui in aliquo Monaſterio ſecundùm Deum & D. Benedicti regulam dignoſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur*, ubi *ordo* pro ordinatione regulari accipitur; itidem de Devolutione; ordinatione; reformatione, de Feudo, ſeudive inveſtitura; ſucceſſione agitur. Item an in Eccleſia non numerata dentur aliqui Tituli vacantes; quid nomine *Vnionis* hîc intelligatur; quomodo in Ordinibus fiat acquiſitio bonorum; quòd in Monaſteriis ob mortem omnium incolarum deſtitutis exemptis, Pontifex; non exemptis Epiſcopus, poſſit ex pluribus, cui vult, gratificari, non ſervatis gradibus à Fratre Romano recenſitis; quòd judex à Communi Opinione in judicando non debeat recedere: Obligatio generis in executione ad certas perſonas vel in ſolutione ad certas res determinetur; quando & quomodo ipſa obligatio generis extinguatur; quod Reſcripta ad certum caſum data & in jus relata, faciant jus Commune: de Boerii authoritate: an & quando in Novitiis ſuperſit ſpes Collegii reſtaurandi &c. an Apoſtoli fecerint profeſſionem trium votorum. De privilegiis Corporalibus, jure mitræ, &c. diſquiritur.

RESOLUTIONE Quæſtionis IV. deciditur, quòd bona Monaſteriorum Conventibus ob omnium incolarum mortem deſtitutorum, exemptorum ad Pontificem, non exemptorum ad Epiſcopos devolvantur, qui poſſint de iisdem legitimè diſponere, adeoque hîc non interveniat ullum impedimentum vel defectus ex parte poteſtatis diſponentis; *ubi* de Fiſco, an in Eccleſiaſticis detur & qualis &c. Hæc *tribus* capitibus diſcutiuntur. *Cap.*

Digitized by Google

Cap.1. F.Romani argumenta ſeu Commenta producuntur, quibus negat ea fiſco cedere, aut propriè fieri vacãtia, ut de iis Pontifex *Ordinaria* poteſtate ſua in alios uſus etiam pios diſponere poſſit, *ubi* poteſtatem abſolutam perſtringit; deinde aſſerit, cæteros Religioſos ad illa Monaſteria habere jus vocis paſſivæ, ibique de jure vocis activæ & paſſivæ agit.

Cap 2. Contraria *P.Laymanni* ſententia defenditur, quòd nimirum ea cedant fiſco impropriè ſumpto, ſeu Superiori tanquam adminiſtratori, qui de iis pro utilitate vel neceſſitate Eccleſiæ poteſtate ordinaria diſponere poſſit, *ubi* de Fiſco, quid ſit & quot modis accipiatur, quòdque is in Eccleſia detur; quis itidem ille Superior, Eccleſiaſticus ne vel ſecularis, & quinam ex Eccleſiaſticis ſit, qui de iis bonis diſponere poſſit, inquiritur; Et Reſpondetur, quod ſit quoad imediata ſeu exempta Pontifex, quoad mediata ſeu non exempta, Epiſcopus, vel etiam ex poteſtatis à ſummo Pontifice delegatæ exercitio aliquo Imperator. Præterea inquiritur, num Imperator in recuperata ab hæreticis Monaſteria *jus Advocatiæ* impetret; num idem poſſit eſſe judex in cauſis Eccleſiaſticis; Termini qui ſint Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, qui ſecularis: tum de Dominio alto, baſſo, directo & utili proprietatis rerum Eccleſiæ vacantium; an & quomodo Pontifex dicatur dominus Beneficiorum, itidem an materialis Eccleſia rectè bona Eccleſiaſtica dicatur poſſidere; de Concordatis Germãiæ, pactis conventis & gratiis exſpectativis; quomodo ex jure Canonico dicantur alii ſubſtituendi; de dignitatibus &c. diſquiritur.

Cap.3. F.Romani argumenta & commenta *diſcutiuntur*, *ubi* quomodo res Eccleſiaſticæ dicantur eſſe nullius; eſſe vacantia, cedere fiſco, licet non ſint fiſco propriè dicto vacantia; item quomodo cæteri Religioſi non dicantur habere jus vocis paſſivæ in Monaſteriis Conventu ob mortem omnium incolarum deſtitutis; quomodo ex voce paſſiva non inferatur dominium nec jus ad rem; an & quomodo detur ſucceſſio in Eccleſiaſticis; quomodo bona Eccleſiaſtica dicantur in Cuſtodia Cleri eſſe, ubi de œconomo Eccleſiæ, de Proviſione Apoſtolica; utrum Monachi hodie curæ animarum ſint capaces & Epiſcopatuum, & quid circa ea Societas Jeſu poſſit vel non: quinam dicantur eligi quive poſtulari ad Prælaturam, &c.

RESOLVTIONE Quæſtionis V. oſtenditur, quod ſuperior ex ſua poteſtate ordinariâ, poſſit Mõaſteriorum emortuorum bona pro neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ Catholicæ, attento fine Cujus &c. principali his vel illis Religioſis aut Eccleſiaſticis conferre, unire vel aſſociare, ita ut non ſit impedimentum vel defectus ex parte ſubſtituendorum; Cum & minoribus 14. añorum, qui certe non ſunt Religioſi ejusdem Ordinis, ea Pontifex conferat. Hic tamen non de fundandis ſed potius extirpandis aſſertis Jeſuitiſſis contra F.Romanũ & Scioppium agitur, item cõtra eundem F.Romanum *quæſtione* 1. *Aſtrin* 20. *multisq; ſeqq. Auletit. Ligata Libertas à n.*74. *uſq; ad n.*94. *Horti allegatione* 408. *uſq; ad alleg.*439. aſſerentem, *ea cæteris ejusdem Ordinis Religioſis neceſſariò a Pontifice conferenda eſſe*, in hujus quæſtion. *cap*, *Vnico* deciditur, & ſimul

ſimul F. Romani allegationes 473.474.450 *n.1.& ſeqq Hor. paradoxo* 8.*n*.18. *& parad.* 9.*n*.19. *item allegat.* 125.126.127.128.196.134.135.334.335.129.214. 224.131.132.133.136.137.138.139. præpoſterè factæ diſcutiuntur: itidem S. Gregorius M. Innocentius Papa III. ejusque titulus *ſanctiſſimi*, ac pontificis poteſtas contra eundem F. Romanum defenditur.

RESOLVTIONE Quæſtionis VI. *duobus* capitibus docetur, quòd præfatæ Monaſteriorum conventibus deſtitutorum Unioni vel aſſociationi aliis Religioſis vel Eccleſiaſticis factæ jus naturale ac divinum non adverſetur, adeoque ex eo capite non detur impedimentum, ſecus ac F. Romanus exiſtimabat, cujus argumenta & commenta referuntur.

Cap. 1. nim. quòd ſi Pontifex Monaſteria conventibus deſtituta aliis alterius Ordinis Religioſis vel etiam aliqua eorum bona ſeminariis ſeculariũ Clericorum conferret, aſſociaret vel uniret, contra jus naturale ac divinum veniret, 1. ex aſſertis fundationibus, *quæſt.* 2. *Aſtri n.* 29. *&* 30. *& quæſt.* 3. *n.* 5. *§. quocirca. allegat.* 337.338.339.340. *ubi* & de Interpretatione & Commutatione ultimarum voluntatum aliquid innuitur. 2. Ex Concordatis Germaniæ. *quæſt.* 3. *Aſtri, & in horti appendice paradoxo.* 20.*n*.30. *allegat.* 338.3. Ex jure Jurisdictionis Epiſcopalis *quæſt.* 4. *Aſtri n.* 51. & Annatarum Epiſcopalium, *quæſt.* 6.*n*.4. *& maximè n.* 30. 4. Ex decimo Decalogi præcepto, *Non Concupiſces rem proximi* tui. *quæſt.* 2. *Aſtri n.* 25. *allegat.* 341.479.5. Exemplis, *de quibus quæſt.* 3. *Aſtri in fin. alleg.* 342.343.346.477.136. *atq; in Aſbeſto n.* 12. *parad.* 10.*n*.20.21. *& parad.* 11.*n*.24. *&c.*

Cap. 2. Verum hæc argumenta diluuntur, oſtenditurque ea gratis à F Romano aſſumi, nec ullatenus probari. Nam prima ratio ex fundatiõe petita nõ obtinet; ſiquidem non poteſt primò ea *ex fundatiõe* aliquã verbo prolata vel ſcripta vel præſumpta doceri, Conſtitutioque Alexandri Papæ VI. & Concilii Tridentini contrariatur; *ubi* ſimul quid Ἐπιείκεια ſive interpretatio aut commutatio ſit ultimæ voluntatis, explicatur; Quin etiam eadem allato exemplo monaſterii Derenburg refellitur; tum innuitur, quomodo Societas Jeſu minima dicatur; Deinde nec ratio ex Concordatis Germaniæ petita ſubſiſtit. Cùm ea de monaſteriis conventu ob mortem omnium incolarum deſtitutis non loquantur, ideoque nihil ad rem faciant, *ubi* de pactis conventis & contractu principis cum ſubditis inito, ejus obligatione; declaratione Cardinalium pro Societate ac de Monaſterio Ebersberg Societati unito agitur; *tertiò* argumentum ex jure *jurisdictionis* vel aſſertarum Annatarum Epiſcopis attributo, petitum ſimiliter non concludit: neque *quartò* ex decimo Decalogi præcepto, *Non Concupiſces rem proximi tui*, quippiam pro F. Romano contra Societatem, ſed inde potius pro Societate contra F. Romanum inordinatè alienigenarum Monaſteria appetentem concluditur: neque *quintò* exempla ex adverſum allegata huc quadrant; ſicuti quod & de Tyrnavia *allegat.* 477.*n*. 6.*pag*.337. perperam recenſetur.

RESOLVTIONE Quæſtionis. VII. Contra F. Romanum o-

Digitized by Google

tua Aſtrologiâ, quod tu hic agis, & quamvis egerit acerbiſſimi calumniatoris more in Pontificem, aulamque Romanam invectus, eò tamen inſaniæ minime progreſſus eſt, ut LIBERTATEM LIGATAM Summi Hierarchæ, palàm deridiculo publicaret. *Nimirum* aliquid agendum tibi fuit, ne nihil egiſſe videreris, niſi ſupra magiſtrum deſiperes.

De Probatoribus aliquid obductum

Reliquum hic jam eſſet, ut de approbatoribus, laudatoribusque tum Aſtri tum Horti aliquid tibi in anteceſſum obnunciaremus, verùm cùm de his initio operis mihi agendum ſit, illud te admonuiſſe hic ſatis erit, neque nos, neque viros doctos ita nullius eſſe mentis, ut inter Iudicium humanitatemque diſtinguere neſciamus. Et facile quidem eſſe hoc agenti, ut Vniverſitatis alicuius nomen uni parti adhæreat: verùm fallaciis diſcuſſis ſuum veritatis ſplendorem redire, ut mox videbimus.

Tranſitio ad cauſſam diſputandam.

Quod igitur felix fauſtumq; ſuffocatæ à ſpinis veritati ſit, ad *hortum* hunc meo nomine, ſed *Romani manu conſitū* accedamus, ac veteri more noſtro, nihil ampliùs quærentes, expoſtulanteſque rationibus, juribus, tabulis agamus tam valide, quàm ſobrie ac præcise. Quo autem ordine progreſſuri ſimus, ut ipſo ſtatim in limine Lector agnoſcat, Tractatuum, ac quæſtionum indicem præmittemus.

IN COM-

IN COMMENTA HAYANA AULÆ
Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani

DISCUSSA à P. JOANNE CRUSIO
Societatis JEſu

INDEX TRACTATUUM
ET RESOLUTARUM QUÆSTIONUM
tam principalium, quàm incidentium, in quo
Idæa totius Operis breviſſimè repræſentatur.

Totum hoc opus *in quatuor* diſtribuitur TRACTATUS, in quorum

PRimo TRACTATU Præliminari *quinque* Capitibus inculcatur; quid de F. Romani Aula, Horto Cruſiano, Aſtro, Eclipſi, eorumque approbationibus, nec non de inſimulatis allegationibus falſis generatim ſit cenſendum.

Primo quidem *Capite* oſtenditur generatim, quòd F. Romanus *in Aula, Horto Cruſiano, Titulo Ligata Libertas, &c.* liberam & ordinariam ſummi Pontificis de rebus & bonis Eccleſiaſticis nec non Monaſteriis Conventu deſtitutis diſponendi poteſtatem impugnet, eamque veluti aviculam catenâ ligatam conſtringat, ac bonam Societatis famam ſugillet, quemadmodum Añο 1630. ſe facturum non nemini Theologorum edixerat, unde liber is velut famoſus veniat reiiciendus.

Caput ſecundum in duas dividitur *ſectiones*, quarum *priore* oſtenditur, quòd ſuffragationes Academiæ *Salisburgenſis* pro Aſtro, Aula & horto ſint in re propria conceptæ, ideoque nihili æſtimandæ; *Lovanienſis* verò Academiæ atque unius alteriusve Doctoris ex Univerſitate *Pariſienſi*, ſecus ac F. Romanus *allegatione* 508. exiſtimat, ſint ſuſpectæ, vel certè nihil adverſus rem judicatam faciant.

Sectione poſteriore demonſtratur, quòd Cenſuræ aliorum quorundam Doctorum pro F. Romano datæ, veritati & rei judicatæ nihil præjudicare poſſint; cùm ipſimet Doctorum à me citatorum authoritates & rationes nec inſpexerint, nec legerint, nedum ex iis me aut aliquem ex noſtris ullius falſitatis coarguere poſſint: tum etiam ex *Catalogo calumniarum*, opprobriorum &c. eisque ſubjecta ſententia judiciali in ſimilibus lata, evincitur, quòd liber iſte F. Romani bonis moribus valdè adverſetur, ſecus ac ipſi cenſores prodiderant. Accedit quòd ipſemet F. Romanus dictâ *allegat.* 508. *n.* 7. Doctoribus approbantibus directò contrarietur.

Cap. III. docetur, quòd Academiæ *Viennenſis* approbatio Aſtri & repro-

batio *Lavandæ* inſcio Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domno Epiſcopo Viennenſi, præteritiſque Decano ac præcipuis membris facultatis Theologicæ planè ſub & obreptitiè emanarint, quibus cognitis Decanus ſolenniter contradixerit, quemadmodum etiam Eminentiſſimus Dn. Gaſpar S. R. E. Cardinalis Matthæi id temporis Nuncius Apoſtolicus Viennenſis ad Eminentiſſimum Domnum Fabium S. R. E. Cardinalem Chiſium eodem tempore Nuncium Apoſtolicum ad tractum Rheni literis datis inſinuavit. S. C. Majeſtas quoque interceſſit, ac pro Lavanda Decretum tulit, quo à F. Romani impugnatione defenditur.

Huic Cap. 3. ſubjungitur *Appendix*, in qua declaratur, quòd Facultas non admodùm Reverendi Patris noſtri olim pro P. Valentini Mangionii Theorices, ſed Reverendiſſimi Domni Abbatis Ochſenhuſani pro F. Romani libro (cui Titulus eſt *Aula Eccleſiaſtica & Hortus Cruſianus*) data Priſcianum flagellet, ideoque non prioris, ſed poſterioris Facultas ſit ſuſpecta.

Cap. IV. docetur 1. quod Cenſuræ almæ & Regiæ *Univerſitatis Duacenæ* pro Aſtri Eclipſi datæ legitimè ſint obtentæ, atque à Sereniſſimo Domino Chriſtiano Wilhelmo Marchione Brandenburgico collaudatæ, nec per ſubſequentem Aſtri approbationem revocatæ, ſed in ſuo vigore omninò relictæ, quemadmodum Univerſitas ipſa nomine Eminentiſſimi Domni Fabii S. R. E. Cardinalis Chiſii &c. per Reverendiſſimum Dominum Suffraganeum Leodienſem rogata contra F. Romani aſſertionem *in Præfatione ſub n.* 9. *& horti Confinibus allegatione* 508. *n.* 4. reſpondit: 2. quantâ importunitate Aſtri approbatio ſit extorta, ſecus ac *dictâ præfatione horti n.* 10. aſſerebatur. 3. denique, qualia pro Aſtri Eclipſi aliorum diverſorum Dnn. & Doctorum ſuffragia fuerint lata.

Cap. V. exponitur, quàm ambiguè F. Romanus *in præfatione horti n.* 11. *in ſententiis præambulis, allegation.* 169. 297. 334. 335. 408. *n.* 1. 508. *n.* 7. phraſi *falſæ allegationis* abutatur, Lectoremque fallat, ac paſſim eam in erroribus typographicis adhibeat, ut ex allegationibus quinquaginta ſeptem ibidem allatis oſtenditur; quin etiam mihi aliorum Doctorum allegationes ſimilibus mendis typographicis laborantes imputet; ac præterea *publico Inſtrumento* oſtenditur, quòd judicio Dnn. Doctorum, qui loca mihi ante editionem horti Cruſiani objecta atque *in Confinibus horti* relata inſpexerunt, legerunt, examinarunt, à falſitate allegationum ego fuerim omninò abſolutus.

TRACTATU ſecundo Principali citra Receſſum ab obtento judicato pro nuda duntaxat veritatis Informatione ſpeciatim *ſeptem quæſtionibus primis* docetur, *Pontificem poteſtate ſuâ ordinariâ poſſe Monaſteria Conventibus deſtituta ab aliis ut membrum independentia, aliis piis Uſibus Eccleſiæ deſtinare*, eò quòd non ſit impedimentum ex parte ipſorum Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum, ſive formaliter quoad Collegium, ſive materialiter quoad ipſos titulos, Privilegia, bona, conſiderentur; nec etiam ſit inſufficientia aut defectus ex parte ipſius poteſtatis ordinariæ, neque etiam

etiam hæc ullibi in jure reſpectu dictorum Monaſteriorum reſtringatur; nec etiam ex parte ſubſtituendorum ulla detur repugnantia; prout de *primo* in quæſtione 1.2.3. *de ſecundo & tertio* quæſtione 4.5 6.7. videbitur.

RESOLVTIONE Quæſtionis 1. docetur, *Monaſterium ab alio quoad proprietatem independens, conventu deſtitutum, ob mortem omnium de Collegio illius dici actu & habitu deſinere eſſe*, adeoque nullum diſpoſitioni pontificiæ obiicere impedimentum, unde hæ quatuor formantur Concluſiones.

Et quidem *Cap* 1. Concluſ. 1. *Monaſterium ut Collegium ſeu prout hoc dicit ſocietatem plurium perſonarum uno in loco eodemq́, ſine Religioſo congregatarum, ob mortem omnium ex jure, Doctorum variorum authoritatibus ac ratione deſinit eſſe actu & habitu, quoad illius durationem*, ut cum Laymanno & Mangionio contra F. Romanum & Dn. Prælatum ex Ordine Præmonſtratenſi oſtenditur; ubi ſimul explicatur, quid ſit Actu & habitu manere vel deſinere eſſe; quid fieri de jure vel facto; quid Fictio, quique illius effectus; quid ſomnus, quid Mors? & an Collegium rectè dicatur emortuum; quid ſpes juridica & vana? ac ſimiliter omnia in contrarium mota diſcutiuntur.

Cap. 2. Concluſ. 2. *Monaſteria ut ſunt tituli aut dicunt Titulos, Conventibus ſuis ob mortem omnium iſtius loci Conventualium ſeu Collegarum Religioſorum deſtituta, ſunt extincta*, idque ex jure, Doctorum authoritatibus ac præjudicis ſacræ Rotæ Romanæ commonſtratur, ſimulque inculcatur, quomodo & quotupliciter *tituli* in ſacris ac prophanis, tum in jure atque hic accipiantur; quomodo tituli numerati & nominati differant? quomodo dicatur aliquid in titulum erigi; item quando tituli vacare, dormire, extingui dicantur; ac ſpeciatim quid ſit Canonia, præbenda, Perſonatus, dignitas, beneficium, Eccleſiaſticum officium, quidve tituli Monachales? &c. Item quòd in Monaſterio Conventu deſtituto Abbatia nec ſit, nec habeatur amplius dignitas, oſtenditur; itidem de jure Electionis, devolutionis &c. agitur, quæ partim contra Dn. Caramuelem Lobkowitz, partim contra F. Romanum ac Dn. Prælatum ex Ordine Præmonſtratenſi ab eorundem objectis vindicantur.

Cap. 3. Concluſ. 3. *Monaſteria qualiter ſe habentia ſeu ut dicunt jura ſpecialia & privilegia perſonalia & Corporalia Conventibus ob mortem omnium deſtituta, ſunt & dicuntur extincta*, idque ex jure & Doctorum authoritatibus comprobatur; ubi de *privilegiis* eorumque natura & diſtinctione in perſonalia, realia & Corporalia; item de Inſignibus Abbatum, jure mitræ, ſandaliorum diſquiritur, quæ ex juribus vel Doctorum authoritatibus ac rationibus contra F. Romanum ac Dn. Prælatum fruſtra me de falſis allegationibus inſimulantes, ac pro ſe S. Antoninum, Franciſcum Suarez, Barboſam, Bonacinam, Rodericium &c. allegantes, pluribus deducuntur; prout & illud, an & quomodo actio ſemel extincta dicatur non reviviſcere.

Cap. 4. Concluſ. 4. *Monaſteria materialiter accepta ſeu ut dicunt eorundem dominium & poſſeſſionem ob mortem omnium Conventibus deſtituta, ſunt & dicuntur eſſe extincta; ut verò dicunt bona ipſa ac jura realia, poſt mortem omnium*

Digitized by Google

iſtius loci collegarum dicuntur vacare; ubi quid *bonorum* appellatione hîc veniat intelligendum, quæ bona vacantia cenſenda, item de hæreditate jacente, dominio mediato, immediato; ficto, vero, ex juribus, Doctoribus & rationibus contra F. Romanum diſquiritur.

Denique in *Appendice quæſtionis* I. Corollarium hoc accedit, *quòd Dominium Chriſti ſuperius Eccleſiæq; Univerſalis ſubordinatum non impediat, quò minus bona Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum dicantur vacare*, ubi F. Romani acceptio *Eccleſia Univerſalis & Romana*, ac quomodo Legatum Sancto alicui vel etiam pauperibus factum intelligatur; tum utrum dominium proprium S. Benedicto vel alicui alteri Sancto rectè aſcribatur, vel etiam quomodo illud alicui ſanctorum in res ſublunares aſcribi poſſit, examinatur.

In Reſolutione quæſtionis II. oſtenditur, quòd *bona Monaſteriorum conventibus ob omnium Conventualium mortem deſtitutorum ab aliis quoad proprietatem independentium, non ſint ab Ordine vel Unione ſeu Congregatione aliqua provinciali occupata*; Cùm neque Ordo, neque Unio ſeu Congregatio Provincialis eorum Dominus aut poſſeſſor mediatus ſivè immediatus ſit, adeoque ipſa bona vacent, nec Unioni ullum impedimentum præſtent, quæ *tribus Sectionibus* proponuntur.

Sectione I. F. Romani & Dn. Prælati ex Ordine Præmonſtratenſi, tum cujusdam Religioſi Doctoris ex Ordine Ciſtertienſi argumenta *tribus capitibus* proponuntur, quorum

Cap. I. F. Romani & Dn. Prælati tum præfati Religioſi Doctoris argumenta ex rationibus, ſtatutis, ac variis privilegiis, Imperatoriisque Reſcriptis petita ac *pro Dominio* eorundem Ordini aſſerendo deducuntur: *ubi* de Actione pro Monaſteriis Conventu deſtitutis recuperandis intentanda; tum an & quomodo Monaſteria dicantur emortua; item de eorundem *occupatione*, prout eſt modus acquirendi legitimè Dominii, agitur.

Cap. 2. F. Romani Reſponſiones ad aliquot pro parte noſtra contra ipſum adducta argumenta, quibus Dominium Ordini in dicta monaſteria negabatur, afferuntur.

Cap. 3. Ejusdem F. Romani argumenta pro *poſſeſſione* Monaſteriorum Conventibus deſtitutorum Ordini &c. aſſerenda in medium adducuntur, *ubi* de poſſeſſione Naturali, Civili, remediis poſſeſſionis recuperandæ, maximè, *c. redintegranda.* 3. *q.* 1. de Edicto Cæſareo, proſyllogiſmo ac Syllogiſmo Hayano agitur.

Sectione II. Contraria *Laymanni* ſententia, quòd nimirum *Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtituta ab aliis Monaſteriis quoad proprietatem independentia, vacent*, nec ullatenus eorum Dominium vel poſſeſſio ſive mediata ſive immediata, ſit penes Ordinem ipſum vel Congregationem aliquam Provincialem, latè defenditur: *ubi* de *Hoſpitalitate Societatis* ab aliorum Ordinum hoſpitalitate diſtincta ejusque obligatione, dominio politico alto, ac Jurisdictionis, medio ac baſſo proprietatis, directo

directo,utili;pleno,ſemipleno, ac quàm diverſimode de iisdem Theologi ac Icti loquantur, tum quomodo Eccleſiæ particulares, non verò Univerſalis deficere poſſit; item an & quomodo Ordo religioſus ſit unum Corpus & quale;itidem de Univerſitatibus earumque Varietate, nec non quomodo Monaſteria dicantur membra Ordinis; tum de poteſtate Præſidum Congregationis &c. de poſſeſſione Civili,naturali, per ſe aut familiam ſuam acquirenda,retinenda,amittenda, amiſſa recuperanda,actione ſpolii, à conjunctis intentanda,diſquiritur.

Sectione III. F.Romani & Dn. Prælati, atque alterius Religioſi Doctoris argumenta & reſpectivè Commenta ſupra *ſect.* 1. propoſita, totidem, id eſt, *tribus* capitibus diſcutiuntur & refelluntur, Et quidem

Cap. 1.argumenta,quibus Ordini videbatur *Dominium* Monaſteriorum ob incolarum omnium mortem Conventu deſtitutorum aſſeri, ex deductis *in Sect.* 2. diluuntur,*ubi* de jure ad rem & in re;actione populari; collatione beneficiorum;voti ſtabilitatis in loco effectu; bonorum Eccleſiaſticorum Communione,alienatione; Ciſtertienſium privilegiis,ac quibusdam Legibus de privatorum ac Monaſteriorum facultatibus & poſſeſſionibus latis; Imperatoriis Reſcriptis; membro Religionis; quæſtionibus juris circa res Eccleſiaſticas,& an in iis Imperator judex eſſe poſſit,diſcutitur.

Cap. 2. Reſponſiones F.Romani ad aliquot ex noſtris argumentis *Dominium* Ordinis &c. attingentibus datæ diluuntur, *ibiq;* de Poſtliminio perſonarum ac rerum; de ſtatu & Conditione vitæ Monaſticæ ſolitariæ,quidve de iis ſentiendum; de delictis perſonarum,quando Communitati aut Conventui præjudicent vel non; tum de Conſtitutione Sixti V.Societatem noſtram ſpectante diſceptatur.

Cap. 3. argumenta F. Romani, quæ pro Monaſteriorum emortuorum *poſſeſſione* Ordini aſſerenda & quaſi poſtliminio reſtituenda,ſunt *ſect.* 1.c.3.allata, diluũtur: *ubi* de Natura poſtliminii,Civilis & naturalis poſſeſſionis: nũ ea ab hæreticis invaſoribus acquiratur,diſquiritur,ac ſimul oſtenditur, quod neutra poſſeſſio toti Ordini, in quo ſtabilitas loci promittitur, acquiratur, ideoque nec poſſit tanquam retinens civilem poſſeſſionem agere interdicto recuperandæ aut ſibi reſtituendæ poſſeſſionis naturalis, licet pro eorundem recuperatione *actionem popularem* intentare poſſit; tum quomodo quis dicatur per familiam poſſidere; *ubi* de varia familiæ acceptione agitur, oſtenditurque quòd Ordo S.Benedicti reſpectu alicujus Capitis politici intrinſeci, cui omnes pareant,non ſit *jure proprio* familia; item quomodo à Generali Societatis Jeſu &c. dicantur res ſuorum Collegiorum quoad adminiſtrationem poſſideri; Dominium verò penes ipſa Collegia eſſe, non tamen per modum titulorum beneficialium,quemadmodum aliæ etiam dantur Eccleſiæ,in quibus nulli ejusmodi tituli ſunt inſtituti; quarum itidem rerum domus profeſſæ Societatis ſint capaces; quomodo Societas Jeſu ſit & dicatur aliquod corpus ſacrum politicum Eccleſiæ: item quomodo votorum ad certum locum

reſtrictorum vel non reſtrictorum differentia ad Dominium & poſſeſſionem rerum Monaſterii in comuni acquirendum plurimum conferat; unde etiam differentia inter Societatem Jeſu & Ordinem S. Benedicti, tam quoad perſonarum translationem, quàm quoad Dominii & poſſeſſionis acquiſitionem in comuni appareat. Item translatus in Ordine S. Benedicti ex uno Monaſterio in aliud an & quomodo de novo faciat Profeſſionem; *ubi* de literis Abſolutionis, dimiſſorialibus & Comendatitiis diſcutitur; tum quod detur Receptio Religioſi, vel ut filii vel ut hoſpitis in aliquod Monaſterium: Præterea voti ſtabilitatis obligatio unde oriatur, quis ejus effectus, inquiritur; itidem de tranſitu & translatione canonica Monachorum; eorundemq; matrimonio ſpirituali; quomodo poſſeſſio Civilis rerum Eccleſiaſticarum ab Eccleſia particulari, non verò Univerſali, decennio amittatur; de Reſcriptis Imperatorum reſtitutoriis, eorundemq; ſub & obreptione; Reſponſo quatuor Principum Electorum ad Imperatorem dato; itidem de Inſtrumēto Pacis ex ſententia F. Romani; de Monaſteriis quibusdam per Religioſos incolas venditis agitur: Termini juriſdictionis ſecularis atq; Eccleſiaſticæ qui ſint quoad bona Eccleſiaſtica in petitorio ac poſſeſſorio judicio, ac quodnam ſit forum competens Clericorū & Monachorum in petitorio vel poſſeſſorio ſi inter ſe agant: item quòd Monachi alienigenæ non poſſint dici ſpoliati, ſibique illud applicare, quòd *ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus*; nec propterea Societatis ſcriptores hæreticorum cauſam fovere dicendi ſint; Denique quando mandatum de manutenendo detur.

RESOLUTIONE Quæſtionis III. traditur, quod Ordo ſpem juridicam ad Monaſteria conventibus ob incolatum omnium mortem deſtituta non habeat, ubi quid ſpes quidve ſpes juridica vel vana, inquiritur; idque *tribus* capitibus.

Cap. 1. F. Romani *argumenta & Commenta* pro aſſerenda *ſpe juridica* referuntur; ubi cujus contemplatione Monaſteria ſint inſtituta, fundata, inquiritur; *Clem. quia contingit. de Relig. domib.* proponitur, quodque Regularia Regularibus ſint conferenda beneficia; de Pontificis poteſtate & obligatione ex aſſerto jure devolutionis & *cap. relatum. Ne cleric. vel Monach.* de jure in re & ad rem diſceptatur.

Cap. 2. oſtenditur, *Ordini vel Unioni ſeu Congregationi provinciali &c. nec ex fundatione ſcripta aut verbo teſtata, nec inteſtata, ſive donatione vel legato, nec ex ſacris canonibus nec aliunde jus ullum competere in Monaſteria alienigenarum &c. convētibus ob incolarum omnium mortem deſtituta*; *ubi* de literis fundationum, inſtitutione, ſubſtitutione, directa, obliqua: legato familiæ, an & quomodo huc conveniant; & quando hoc ultra quartum gradum porrigatur: itidem de fundatorum mente ac *dentibus anchora* ſpei Hayanæ, *nimirum* exiſtentia beneficii; electione nomine Eccleſiæ facienda; devolutione; exiſtentia aliorum fratrum ſub regula S. Benedicti; ſurrogatione in feudis; item an leges in cauſis Eccleſiaſticis juri Canonico non contrariis nec ab eodem expreſſè deciſis allegari

legari

legati queant;tum de donatione inter vivos,vel mortis cauſa,diſquiritur, oſtenditurq; quòd ex nullo iſtorum capitum Monachis alienigenis in Monaſteria Conventibus ob omnium Originariorum vel incolarum mortem deſtituta,haud ullum jus ſeu ſpes juridica competat.

Cap. 3. F.Romani Hay argumenta *& Commenta diſcutiuntur,ubi* de fundationis ratione formali, an Monachis quà Monachis vel etiam quà clericis ſit fundatio facta;& an aliqua pro illuſtribus aut nobilibus perſonis facta detur, eaq; ex Concilio Baſileenſi ſit Corruptela dicēda;ac quid de hoc Concilio ſit ſentiendum;an intuitu totius Ordinis ubicunque fiat fundatio ; ubi quid ſit intuitu vel contemplatione alicujus fieri fundationem piam : qualis item ſit Monaſteriorum *Saxoniæ* Gandersheim,Quedlinburg, Brunteshauſen, Hesling ſive Zeven &c. *VVeſtphaliæ* Aſſindiæ,Elten,Græverode, Gerrisheim &c. fundatio,item quòd indignum ſit,viros nomine mulierum venire intelligendos.Bona Monachorum cui adquirantur;*Clem.quia contingit.de Relig.Domib.* quomodo intelligatur;ubi de mutatione ultimæ voluntatis;item de ſubſtitutione aliorum ex Doctrina Doctorum & Gloſſæ *in cap.ſicut alterius.7.q.1.verb. regulariter*; quomodo quis non in bove & aſino aret *juxta Concil. Trident. Seſſ.*14. *de Reformat.c.*10. quis itidem intellectus *cap. cùm cauſam* 27. *de Elect.* Gloſſ.*in cap.ne pro defectu.de Elect.ad Galat.*4 *cap.inter quatuor.cap.cum venerabilis.de Relig.domib.cap.relatum.Ne clerici vel Monach.can.quæ ſemel.*19.*q.*3. (quod non de Benedictinis ſed Baſilianis loquitur)*can. Pervenit.rl.*2. 18.*q.*2. ac Decreti Innocentii III.in quo habetur,*ut ordo Monaſticus,qui in aliquo Monaſterio ſecundùm Deum & D.Benedicti regulam dignoſcitur inſtitutus,perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur*, ubi *ordo* pro ordinatione regulari accipitur;itidem de Devolutione;ordinatione;reformatione,de Feudo,feudive inveſtitura; ſucceſſione agitur.Item an in Eccleſia non numerata dentur aliqui Tituli vacantes;quid nomine *Vnionis* hîc intelligatur;quomodo in Ordinibus fiat acquiſitio bonorum; quòd in Monaſteriis ob mortem omnium incolarum deſtitutis exemptis,Pontifex; non exemptis Epiſcopus, poſſit ex pluribus, cui vult,gratificari, non ſervatis gradibus à Fratre Romano recenſitis;quòd judex à Communi Opinione in judicando non debeat recedere: Obligatio generis in executione ad certas perſonas vel in ſolutione ad certas res determinetur; quando & quomodo ipſa obligatio generis extinguatur; quod Reſcripta ad certum caſum data& in jus relata, faciant jus Commune: de Boerii authoritate: an & quando in Novitiis ſuperſit ſpes Collegii reſtaurandi &c. an Apoſtoli fecerint profeſſionem trium votorum. De privilegiis Corporalibus,jure mitræ, &c. diſquiritur.

RESOLUTIONE Quæſtionis IV. deciditur,quòd bona Monaſteriorum Conventibus ob omnium incolarum mortem deſtitutorum, exemptorum ad Pontificem,non exemptorum ad Epiſcopos devolvantur,qui poſſint de iisdem legitimè diſponere,adeoque hic non interveniat ullum impedimentum vel defectus ex parte poteſtatis diſponentis; *ubi* de Fiſco,an in Eccleſiaſticis detur & qualis&c.Hæc *tribus* capitibus diſcutiuntur. *Cap.*

Digitized by Google

Cap. 1. F. Romani argumenta ſeu Commenta producuntur, quibus negat ea fiſco cedere, aut propriè fieri vacātia, ut de iis Pontifex *Ordinaria* poteſtate ſua in alios uſus etiam pios diſponere poſſit, *ubi* poteſtatem abſolutam perſtringit; deinde aſſerit, cæteros Religioſos ad illa Monaſteria habere jus vocis paſſivæ, ibique de jure vocis activæ & paſſivæ agit.

Cap. 2. Contraria *P. Laymanni* ſententia defenditur, quòd nimirum ea cedant fiſco impropriè ſumpto, ſeu Superiori tanquam adminiſtratori, qui de iis pro utilitate vel neceſſitate Eccleſiæ poteſtate ordinaria diſponere poſſit, *ubi* de Fiſco, quid ſit & quot modis accipiatur, quòdque is in Eccleſia detur; quis itidem ille Superior, Eccleſiaſticus ne vel ſecularis, & quinam ex Eccleſiaſticis ſit, qui de iis bonis diſponere poſſit, inquiritur; Et Reſpondetur, quod ſit quoad ımediata ſeu exempta Pontifex, quoad mediata ſeu non exempta, Epiſcopus, vel etiam ex poteſtatis à ſummo Pontifice delegatæ exercitio aliquo Imperator. Præterea inquiritur, num Imperator in recuperata ab hæreticis Monaſteria *jus Advocatia* impetret; num idem poſſit eſſe judex in cauſis Eccleſiaſticis; Termini qui ſint Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, qui ſecularis: tum de Dominio alto, baſſo, directo & utili proprietatis rerum Eccleſiæ vacantium; an & quomodo Pontifex dicatur dominus Beneficiorum, itidem an materialis Eccleſia rectè bona Eccleſiaſtica dicatur poſſidere; de Concordatis Germāiæ, pactis conventis & gratiis exſpectativis; quomodo ex jure Canonico dicantur alii ſubſtituendi; de dignitatibus &c. diſquiritur.

Cap. 3. F. Romani argumenta & commenta *diſcutiuntur, ubi* quomodo res Eccleſiaſticæ dicantur eſſe nullius; eſſe vacantia, cedere fiſco, licet non ſint fiſco propriè dicto vacantia; item quomodo cæteri Religioſi non dicantur habere jus vocis paſſivæ in Monaſteriis Conventu ob mortem omnium incolarum deſtitutis; quomodo ex voce paſſiva non infertatur dominium nec jus ad rem; an & quomodo detur ſucceſſio in Eccleſiaſticis; quomodo bona Eccleſiaſtica dicantur in Cuſtodia Cleri eſſe, ubi de œconomo Eccleſiæ, de Proviſione Apoſtolica; utrum Monachi hodie curæ animarum ſint capaces & Epiſcopatuum, & quid circa ea Societas Jeſu poſſit vel non: quinam dicantur eligi quive poſtulari ad Prælaturam, &c.

RESOLVTIONE Quæſtionis V. oſtenditur, quod ſuperior ex ſua poteſtate ordinariâ, poſſit Mōaſteriorum emortuorum bona pro neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ Catholicæ, attento fine Cujus &c. principali his vel illis Religioſis aut Eccleſiaſticis conferre, unire vel aſſociare, ita ut non ſit impedimentum vel defectus ex parte ſubſtituendorum; Cum & minoribus 14. āñorum, qui certe non ſunt Religioſi ejuſdem Ordinis, ea Pontifex conferat. Hic tamen non de fundandis ſed potius extirpandis aſſertis Jeſuitiſſis contra F. Romanū & Scioppium agitur, item cōtra eundem F. Romanum *quæſtione* 1. *Aſtrin* 20. *multisq; ſeqq. Aule tit. Ligata Libertas à n.* 74. *uſq; ad n.* 94. *Horti allegatione* 408. *uſq; ad alleg.* 439. aſſerentem, *ea cæteris ejuſdem Ordinis Religioſis neceſſariò a Pontifice conferenda eſſe*, in hujus quæſtion. *cap. Vnico* deciditur, & ſimul

ſimul F. Romani allegationes 473.474.450 *n.1.& ſeqq Hor. i paradoxo* 8.*n.*18. *& parad.* 9. *n.* 19. *item allegat.* 125.126.127.128.196.134.135.334.335.129.214. 224.131.132.133.136.137.138.139. præpoſterè factæ diſcutiuntur: itidem S. Gregorius M. Innocentius Papa III. ejusque titulus *ſanctiſſimi*, ac pontificis poteſtas contra eundem F. Romanum defenditur.

RESOLVTIONE Quæſtionis VI. *duobus* capitibus docetur, quòd præfatæ Monaſteriorum conventibus deſtitutorum Unioni vel aſſociationi aliis Religioſis vel Eccleſiaſticis factæ jus naturale ac divinum non adverſetur, adeoque ex eo capite non detur impedimentum, ſecus ac F. Romanus exiſtimabat, cujus argumenta & commenta referuntur.

*Cap.*1. nim. quòd ſi Pontifex Monaſteria conventibus deſtituta aliis alterius Ordinis Religioſis vel etiam aliqua eorum bona ſeminariis ſeculariũ Clericorum conferret, aſſociaret vel uniret, contra jus naturale ac divinum veniret, 1. ex aſſertis fundationibus, *quaſt.*2. *Aſtri n.*29. *&* 30. *& quaſt.*3. *n.*5. §. *quocirca. allegat.*337.338.339.340. *ubi* & de Interpretatione & Commutatione ultimarum voluntatum aliquid innuitur. 2. Ex Concordatis Germaniæ. *quaſt.* 3. *Aſtri, & in horti appendice paradoxo.*20.*n.*30. *allegat.*338.3. Ex jure Jurisdictionis Epiſcopalis *quaſt.*4. *Aſtri n.*51. & Annatarum Epiſcopalium, *quaſt.*6. *n.*4. *& maximè n.*30. 4. Ex decimo Decalogi præcepto, *Non Concupiſces rem proximi* tui. *quaſt.*2. *Aſtri n.*25. *allegat.*341.479. 5. Exemplis, *de quibus quaſt.*3. *Aſtri in fin. alleg.*342.343 346.477.136. *atq; in Aſbeſto n.*12. *parad.*10. *n.*20.21. *& parad.*11. *n.*24. *&c.*

*Cap.*2. Verum hæc argumenta diluuntur, oſtenditurque ea gratis à F. Romano aſſumi, nec ullatenus probari. Nam prima ratio ex fundatiõe petita nõ obtinet; ſi quidem non poteſt primò ea *ex fundatiõe* aliqua verbo prolata vel ſcripta vel præſumpta doceri, Conſtitutioque Alexandri Papæ VI. & Concilii Tridentini contrariatur; *ubi* ſimul quid Ἐπιείκεια ſive interpretatio aut commutatio ſit ultimæ voluntatis, explicatur; Quin etiam eadem allato exemplo monaſterii Derenburg refellitur; tum innuitur, quomodo Societas Jeſu minima dicatur; Deinde nec ratio ex Concordatis Germaniæ petita ſubſiſtit. Cùm ea de monaſteriis conventu ob mortem omnium incolarum deſtitutis non loquantur, ideoque nihil ad rem faciant, *ubi* de pactis conventis & contractu principis cum ſubditis inito, ejus obligatione; declaratione Cardinalium pro Societate ac de Monaſterio Ebetsberg Societati unito agitur; *tertiò* argumentum ex jure *jurisdictionis* vel aſſertarum Annatarum Epiſcopis attributo, petitum ſimiliter non concludit: neque *quartò* ex decimo Decalogi præcepto, *Non Concupiſces rem proximi tui*, quippiam pro F. Romano contra Societatem, ſed inde potius pro Societate contra F. Romanum inordinatè alienigenatum Monaſteria appetentem concluditur: neque *quintò* exempla ex adverſum allegata huc quadrant; ſicuti quod & de Tyrnaviâ *allegat.*477. *n.* 6. *pag.*337. perperam recenſetur.

RESOLVTIONE Quæſtionis. VII. Contra F. Romanum o-

ſtenditur, quòd neque jus Canonicum neque Civile pro F. Romano faciat, adeoque nec exinde ullum detur impedimentum, idque duobus capitibus declaratur, quorum.

Cap. 1. Commenta F. Romani adducuntur, quibus putat perſuaderi ex jure Canonico, 1. *Monaſteria ejusdem profeſſionis hominibus conferenda, certosq́ gradus obſervandos*, ut primò ejusdem, deinde in defectum, alterius Profeſſionis hominibus; tum denique iis deficientibus, ſecularibus Clericis Monaſteria conferantur. 2. in iis Monaſteriis alios ejusdem Religionis & Ordinis viros ſubſtituendos & ſurrogandos; 3. illud naturam beneficiorum & Conditiones devolutionis requirere: tum 4. titulos ibidem ſuperſtites oſtendere: 5. idem argui *ex Clem. quia Contingit, de Relig. domib.* 6. exinde colligi, quòd ipſe Eccleſiæ ſtatus non ſit mutandus: 7. illud etiam ſuadere jus Civile: 8. non adeſſe cauſam mutationis; Cùm ipſi Monachi docere ſint parati.

Cap. 2. Eadem commenta diſcutiuntur, oſtenditurque quòd F. Romani aſſertum *primum* ex jure Canonico non probetur, contrariumque ex deciſionibus Rotalibus planum ſit, quòdque Canones exadverſum allegati, non de Monaſteriis ob mortem omnium Collegarum conventu deſtitutis, de quibus nobis ſermo eſt, reparandis, ſed in vita & moribus reformandis loquantur, ubi ſupra recenſiti gradus veniant certo tamen modo obſervandi; itidem *cap. inter quatuor. de Relig. domib.* S. Petri Cluniacenſis *Epiſtola*, Alexandri III. Conſtitutio *in cap relatum. Ne cleric. vel Monach.* explicantur; atque ad *ſecundum* exadverſum allegatum reſpondetur, *alios* ſive ejusdem ſive diverſi ordinis Religioſos in Monaſteriis conventu ob omnium mortem deſtitutis à ſuperiore, prout illi viſum fuerit expedire, ſubſtitui poſſe: ad *tertium*, illud gratis aſſumi neque huc quadrare; Cùm nec Monachatus ſint beneficia, nec in Eccleſia non numerata detur Titulorum vacatio, adeoque nec devolutio propriè dicta; eò quod tituli Monachorum cum ipſis Monachis creentur & extinguantur: unde *quartò* falſum, quòd in Monaſteriis Conventu ob omnium mortem deſtitutis dentur tituli ſuperſtites: Quin etiam *quintò* dicta *Clem quia contingit.* contra ipſum F. Romanum retorquetur: ad *ſextum* reſpondetur, ſtatum Eccleſiæ, qui actu alicubi poſitivè inſtitutus reperitur, non facilè mutandum, ſecus ſi per ſe aut rerum naturam deſierit eſſe, vel negativè mutatus fuerit, vel etiam virtualiter mutatus intelligatur; quòd alii alterius ordinis Religioſi ibidem fuerint ſubſtituti; *ubi* ſimul oſtenditur, quod *cap. quia Monaſterium. de Relig. domib.* Concilium Trident. atque illa regula, *quod unum Altare non ſit diſcooperiendum, ut alterum cooperiatur*, huc malè exadverſùm applicentur, imò contra Adverſarium retorqueantur; Cùm unum Altare, quod eſt nudatum miniſterio divino, non poſſit dici diſcooperiri: *ſeptimo* Reſpondetur, edictum & Reſcripta Cæſarea Civilesque Conſtitutiones nihil pro F. Romano facere; Cùm Monaſteria Conventibus deſtituta non ſint Religioſorum alienigenarum: *Octavò*, quòd ſufficiens mutationis & aſſociationis cauſa ſubſit, cujusmodi etiam inter alias cenſetur eſſe *deſolatio hoſtilis &c.* Et alias

Digitized by Google

aliàs ſupremi Capitis Eccleſiæ ſit, viros inſtitutioni idoneos, deſtinare; quos S.R.E. Cardinalium Congregatio determinarit. Neque Urbanus Papa VIII. pro Ordinibus antiquis ſimpliciter reſcripſerit, *ubi* & de voce *Reſcripti*, quomodo illa accipiatur, inquiritur; ex quibus ſupra deductis in cauſa principali concluditur, quòd neque ex parte Monaſteriorum ob incolarum omnium mortem conventu deſtitutorum aliis aſſociandorum, neque ex parte ipſius poteſtatis, neque ex parte eorum, quibus aſſociatio eorundem eſt facienda ullus reperiatur defectus aut impedimentum, quò minus ea liberè à Summo Pontifice pro exigentia vel utilitate Eccleſiæ poſſint aſſociari, vel ad alios pios uſus deſtinari.

RESOLVTIONE Quæſtionis VIII. factum Monaſterii Wolkigerodani, legitimè Societati aſſignati & traditi à F. Romani ac Prædicantis Hulſii calumniis latè ex authenticis documentis & juribus adductis decretisque ſubſecutis, defenditur, oſtenditurq; quòd ipſe fraudulenter nudam duntaxat ſuæ ipſius partis accuſationem pro proceſſu quaſi integro retulerit, Reorumque defenſionem ac judicis decreta ipſi contraria ſuppreſſerit; *ubi* de *tranſlatione Canonica* perſonarum temporaria, perpetua diſquiritur; & quænam de ejuſdem facta Societati aſſignatione fuerit ac ſit S. Cæſ. Majeſtatis voluntas.

Huic quædam *parerga quæſtiunculæ* ſubiiciuntur, quarum

I. eſt de Concurſu Epiſcopi & Generalis Ordinis quoad Jurisdictionem.

II. Inquiritur, qualem & quantam Abbas in ſuos Monachos habeat Jurisdictionem.

III. Utrum Monachi in Monaſterio profeſſi, ubi ex conſuetudine non ſervatur carnis abſtinentia, poſtea ad abſtinentiam ex Regula ſua primâ cogi poſſint.

RESOLVTIONE Quæſtionis IX. oſtenditur, quòd Domini Abbates in facta Societati quorundam Monaſteriorum promiſſione non de Collegiis virginum ſecularium, ſed ſuarum Religioſarum cum patre Wilhelmo Laymermaino egerint.

RESOLVTIONE Quæſtionis X. docetur ex omni antiquitate tam ſacra quàm prophana, quod Chriſtus Servator noſter ſit Decio Lælio Balbo & Antiſtio Vetere Coſſ. natus, *ubi* tabulæ & ſeries rerum ab Auguſto Cæſare geſtarum, quarum Suetonius meminit, referuntur, luſtralia ſacra & ſuovetaurilia explicantur, oſtenditurque Hiſtoria Sacra de deſcriptione Orbis ab Auguſto facta cum prophana omninò convenire.

TRACTATU III. oſtenditur, quæ fuerit ſummi Pontificis, Cæſaris, Cardinalium, aliorumque Principum in Monaſteriis conventu ob omnium mortem deſtitutis, ab aliis ut membris proprietatis independentibus, Societati, &c. uniendis, aſſociandiſque legitima voluntas, eumque in finem *quatuor capitibus* varia producuntur documenta.

*Cap.*I. in *duas* abit *ſectiones*, quarum *Sect.*1. Suæ Sanctitatis & Cæſaris &c. Voluntates circa Monaſteria in §.1. Ebersberg. §.2. Strahovienſe, Griffen, Arnoldſtein, Albæ dominarum, Derenburg, &c. §.3. Lipſtadienſe & Keppellenſe, §.4. Franckenthal, Ortenberg & Oppenheim (ubi Nobilitatis Rhenanæ &c. aſſertæ literæ oſtenduntur eſſe ſuppoſititiæ;) §.5. Mariæ Coronæ, Pfaffſchwabenheim, §.6. Beſelich, declarantur, quas ſacri Rom. Imp. Electores, Principes, aliique Dynaſtæ, quorum intererat vel ambietunt vel amplexi ſunt: allatis eam in rem S.C. Majeſtatis, Eminentiſſimi Electoris Moguntini, Celſiſſimi Marchionis Badenſis, & dominorum Dalbergerorum aliorumque literariis documentis.

Sect.II. Ulterior Sacræ Cæſ. Majeſtatis Voluntas circa Monaſteria conventibus deſtituta variis literis explicatur.

Cap.II. quod in tres abit ſectiones, docetur, & quidem

Sectione I. quod Sacra Cæſ. Majeſtas. Electores Moguntinus, Colonienſis ac Bavarus, Dux Neoburgicus, Epiſcopi Conſtantienſis, Aichſtadenſis, Auguſtanus, Præpoſitus Elwacenſis, aliique Principes ſolemnes proteſtationes contra aſſertas à F. Romano *in Aulæis ſuis* Deputatorum ad Comitia Ratisponenſia, Legatorum Electoralium *Interceſſiones* apud ſuam Sanctitatem interpoſuerint, quæ hic recitantur.

Sect. II. afferuntur diverſæ literæ, quibus ſeſe deputati Electorum Legati propter ejusmodi interceſſiones apud ſuos Dominos Principales excuſare ac purgare ſunt conati.

Sect. III. ſimiles proteſtationes Catholicorum ſtatuum in Regno Hungariæ contra heterodoxos pro Societate noſtra ac ſummi Pontificis & Cæſaris, Hungariæ Regis &c. Reſcripta & Decreta referuntur.

Cap.III. diverſæ Sacræ Rotæ Romanæ in hac cauſa Monaſteriorum judicialiter examinatâ pro Societate noſtra latæ ſententiæ & datæ deciſiones, cum Conſilio Marci Antonii Eugenii primarii Juris Canonici Profeſſoris Peruſini afferuntur.

Cap. denique *IV.* Chriſtianiſſimi Francorum Regis ejusque Conſilii Secreti ac privati pro Societate ἀρεςων recenſetur.

TRACTATU IV. de diverſorum Monachorum ac Clericorum Regularium, maximè Societatis Jeſu, inſtitutis, differentiis, Doctrinis, moribus & falſis F. Romani, Wilhelmi Hulſii, Johannis Georgii Dorſchei, Johannis Leonhardi Willichii, ſive Gratiani Leoſthenis Saliceti, Roalis, Vargæ atque nuperrimi apoſtatæ Barnabæ, Joachimi Schobert, inſimulationibus, *duobus libris* agitur, quorum

Lib. Prior agit, de Monachorum inſtituto atque eorundem inter ſe atque ab aliis Religioſis differentia, tum decem capitibus abſolvitur: Et quidem

Cap.I. docetur, quòd F. Romani liber non rectè *Aula & Hortus* inſcribatur.

Cap.II. illi in Aſtro rectè junctus fuerit Scioppius.

Cap.III. Romanus ſimiliter rectè à me fuerit *Frater* appellatus.

Cap.

Cap. IV. Monachus à Laymanno, ſervo atque

Cap. V. ab Eugenio Lavanda, ſervo hæreditario comparatus, ubi de comparatione ſervi cum Aſino diſquiritur.

Cap. VI. quòd Monachus per profeſſionem ſuam cum Monaſterio, in quo profitetur, matrimonium Spirituale contrahat.

Cap. VII. profeſſionis Monachorum formula ac votum ſtabilitatis in loco examinatur.

Cap. VIII. Monachorum inſtitutum an ſit contemplativum vel mixtum per ſex paragraphos diſcutitur.

§. 1. An Benedictini & Ciſtertienſes ſint ſolitarii appellandi. §. 2. quomodo Monachi definiantur & quot eorum genera dentur. §. 3. an Benedictini verè ſint ſolitarii habendi. §. 4. quod Monachatus per ſe non ſit ordinatus ad divina miniſteria, proximis impendenda, ubi de variis eorum privilegiis. §. 5. quomodo Benedictini à Cluniacenſibus & §. 6. quomodo à Ciſtertienſibus &c. differant.

Cap. IX. duabus ſectionibus abſolvitur, quarum

Sectione priore oſtenditur, quod Monaſteria non fuerint Scholæ literariæ.

Sectione poſteriore, quòd aliqua Monaſteria defecerint.

Cap. X. oſtenditur, quòd S. *Gregorius* M. non fuerit Ordinis S. Benedicti, quòdque Religioſi Ordinis S. Baſilii non ſolùm in oriente, ſed & in occidente fuerint atque etiamnum ſint inſtituti.

Liber poſterior, qui de Societate Jesu ejusque Conſtitutionibus, Ordinationibus, Doctrinis, Moribus & falſis hæreticorum inſimulationibus agit, in ſex, abit ſectiones, quarum

Sectione I. oſtenditur, quod Societatis noſtræ inſtitutum ejusque Conſtitutiones à Monachis Benedictinis eorumque regula nequaquam proficiſcatur, &c. idque §. 28. Et quidem

§. 1. Contraria Monachorum opinio recitata, §. 2. oſtenditur erronea eſſe, ſimulque. §. 3. quod Libellus Exercitiorum Sancti Patris noſtri ab Exercitatorio Ciſnerii differat. §. 4. Contrariæ Conjecturæ diſſolvuntur, quibus §. 5. varia S. P. noſtri diverſis in locis ſtudia & opera ſubiiciuntur; tum §. 6. vota peregrinationis & paupertatis in monte Martyrum anno 1534. ac §. 7. Vota paupertatis & Caſtitatis Venetiis anno 1537. nuncupata cum ſuſcepto ibidem ſacerdotio referuntur. §. 8. quædam Leges privatæ, temporariæ à primis Societatis patribus conditæ. §. 9. Eorundem opera anno 1537. in Italia diviſa. §. 10. S. P. noſtri cum Petro Ortizio Cæſareo Legato in montem Caſſinum año 1538. ſeceſſus. §. 11. Erronea quorundam Monachorum de hoc ſeceſſu opinio exiſtimantium propterea S. P. noſtrum iſtuc ſeceſſiſſe, ut à Benedictinis inſtrueretur atque in Conſtitutionibus ſanciendis adjuvaretur. §. 12. Variæ opiniones & relationes, wionis. §. 13. Honorati. §. 14. Marci Antonii Scipionis. §. 15. Angeli Sangrii, §. 16. Domni Conſtantini Cajetani, Abbatis refutantur. §. 17. Aſſertum eorundem fundamentum ex Theo-

Digitized by Google

philo Raynaudo evertitur. §.18. Fons,unde contrarius Monachorum error manarit, aperitur & detegitur. §.19. Oſtenditur,Regulas in libello Exercitiorum S.P.noſtri comprehenſas, non eſſe Societatis noſtræ Conſtitutiones, quibus ipſum Corpus Societatis regatur. §.20.S.P.noſter Caſſino Romam redit, cum ſociis,de inſtituti formula aliqua concipienda deliberaturus.§.21. S.P.noſter anno 1539. brevem ideam & formulam Societatis concepit,quam Paulus Papa III.viſam collaudat,Societatemque anno 1540.V.Non.Octobr. approbat. §.22.Fuſiorem S.P.noſter formulam anno 1541.concepit. §.23. S.Pater N.eodem anno eligitur Generalis,ejusque Socii in æde D.Pauli profeſſionem emittunt. §.24.Oſtenditur,quòd ex his votis nuncupatis Monachi nihil ſibi arrogare poſſint. §.25. Demum poſterioribus temporibus Societatis noſtræ Conſtitutiones ex præmiſſis formulis conceptæ;abſolutæ,perfectæ & approbatæ fuerunt. §.26. Miracula S. Patris N. contra Hulſium ac Barnabam aliosque hæreticos defenduntur,maximè quæ ad imaginem S.Patris N. acciderunt. §.27. Eadem miracula orbi Chriſtiano teſtata demonſtrantur. §.28. Docetur quòd nomen JESU rectè Societati fuerit inditum.

Sectione II. oſtenditur, quod F. Romanus Societatis noſtræ Presbyteros non rectè *Fratres* compellet,ubi varia nominis *Fratris* acceptio ex jure explicatur.

Sectio.III. quòd idem Religioſos Societatis maximè profeſſos cum ſervis non rectè comparatit, ubi & Aſinina Hulſii comparatio diſpellitur.

Sectione IV. traduntur divina miniſteria in Societate peragi ſolita, idque tribus §§.

§.1. oſtenduntur eorundem fructus in proximum & Catholicam Eccleſiam redundantes. §.2.Uſus chori & cantus Eccleſiaſtici quare in Societate non receptus & quæ propria Societatis ſint exercitia. §.3. Quid de adminiſtratione ſolennis Baptiſmi & aliorum Sacramentorum ſit ſentiendum.

Sect. V. diſquiritur,utrum Societas JESU ſit *minima*,idque duodecim §§.

§.1. Quo ſenſu Societas ſit minima. §.2.Quid de Collegiorum amplitudine & multitudine. §.3. De Inſimulato Aulicismo. §.4. De Inſimulato ambitu Superiorum, quoad munus audiendi Magnatum Confeſſiones obeundum. §.5. De Inſimulata Collegiorum Societatis JESU opulentia. §.6. De Inſimulata Societatis Concupiſcentia,variisque modis diteſcendi, quibus hæreticus Dorſcheus & apoſtata Barnabas Societatem inſimulant: ac de Spiritu in Hungaria ex purgatorio igne liberato. §.7. De Inſimulata Tetrarchia in Japonia. §.8. De Inſimulata Ariſtocratia in Anglia & alibi. §.9. De Inſimulata Monarchia. §.10. De Inſimulatis Seditionibus & Tumultibus. §.11. De Inſimulata Pædophthoria ſit ſentiendum ac demum. §.12. De reprobata authoritate Roalis &c. Barnabæ & ſimilium Scriptorum ac teſtium contra Societatem ſcribentium agitur.

Sect.

Digitized by Google

Sect. VI. De inſimulata Apoſtaſia & falſa Doctrina Societatis *duabus* partibus diſquiritur & quidem.

Parte priore de Apoſtaſia viginti tribus. §§. ubi

§. 1. De inſimulata Apoſtaſia. §. 2. Oſtenditur falſo eam Societati imponi & §. 3. Non ullos ex Societate hæreſis extitiſſe authores. §. 4. Otthonem Brunfelſium Carthuſianum Societati falſo aſſcribi. §. 5. De Chriſtiano Francken. §. 6. De Marco Antonio de Dominis. §. 7. De Johanne Marſeglia. §. 8. De Mena & Azevedo. §. 9. De Franciſco Albino falſò itidem Societati aſſcripto. §. 10. De PP. Adamo Contzen & Hieremia Drexelio. §. 11. De Cæſaris Confeſſario & 30. aſſertis Jeſuitis Pragenſibus. §. 12. De Suppoſito Spinola. §. 13. De Me ipſo. §. 14. De Celſiſſimo Landgravio Haſſiæ diſquiritur. §. 15. Generalis omnium refutatio. §. 16. Traditur exhortatio ad Apoſtatas. §. 17. Recenſentur qui ex Societate hiſce in locis pro Fide fortiſſimè militarunt Henricus Rothauſen, & Matthæus Rimeus, &c. §. 18. Fridericus Spe. §. 19. Gottofridus Thelen. §. 20. Joannes Arnoldi §. 21. Judocus Meierinck. &c. §. 22. Matthias Widmann. ac §. 23. Quid de paſſionibus ex Societate Jesu in Braſilia, Japonia, Anglia, Hollandia, &c. ſit verè cenſendum.

Parte poſteriore de inſimulata falſa Doctrina *octo* §§. agitur.

§. 1. Quomodo hìc Doctrina ſit intelligenda. §. 2. Quid de Johanne Baptiſta Poza. §. 3 De Theſibus Dilinganis. §. 4. De Theſibus noſtrorum Lovanienſium contra Janſeniſtas. §. 5. De Affixione Monachienſi in feſto Corporis Chriſti & de reali Chriſti præſentia in Euchariſtia contra Carolſtadium & Lutherum. §. 6. De Monſtro Stirenſi & Aſſerto Exorciſmorum abuſu. §. 7. De Fabula Friburgenſi, qua concionator noſter dicitur fulmine ictus, quando contra Lutheranos pro Concione dixiſſet. §. 8. De Ordinationibus Generalium, ne quis inſciis Superioribus Romam eat, de Defectibus alicujus inferioris ſine prævia charitativa monitione Superioribus, manifeſtanda; de ſecreto accepto ſervando vel manifeſtando: de concionatoribus publicè non reprehendendis ſit ſentiendum

EPILOGUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTORUM
HAYANORUM
AULÆ ECCLESIASTICÆ ET
HORTI CRVSIANI

Inter

VARIAS DE APPROBATIONIBVS DD. ET AL-legationibus jurium ac Dd. RESOLUTIONES

DISCUSSORUM

A

R. P. IOANNE CRVSIO Societatis Ieſu

TRACTATVS PRIMVS PRÆLIMINARIS.

COLONIÆ

Apud IODOCVM KALCOVIUM,

ANNO M. DC. LIII.

Biblioteca ... NAPOLI V.E.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tractatus I. præliminaris.

Quid de F. Romani aula, horto Cruſiano, aſtri eclipſis approbationibus & allegationibus ſit cenſendum.

Hic tractatus in quinque dividitur capita, quorum 1. quid de F. Romani aulâ & horto ipſo cenſendum, 2. quid de horti, item 3. quid de aſtri approbationibus & aſſerta Lauandæ reprobatione ſentiendum, tum 4. quid de aſtri eclipſi approbationibus, ac deniq; 5. quid de eiuſdem inſimulatis allegationibus ſit ſtatuendum, agitur.

CAP. I.

Quid de F. Romani aula, & horto Cruſiano ſit cenſendum?

Conſtat inter omnes, quod quiſquis *ſummi Pontificis ac Principis poteſtatem aut facultatem, maximè in iis, quæ ſunt juris poſitivi, quo is ut ſuperior vel Princeps conſideratur,* negat, impugnat vel improbat, veluti ſacrilegij reum ſe conſtituat *l. diſputare 3. & ibi Godefr. C. de crim. ſacril. l. ſacrilegij inſtar. 5. C. de diverſ. reſcript. & utrobiq;.* Næv. Salic. & Jaſ. *in l. reſcripta C. de precib. Imper. offer. l. ult. C. de Conſul. lib. 12.* & not. poſt *c. 29. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* Dd. *in l. ult. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* Canon. *in c. quæ in Eccleſiarum. de Conſtit.* Lancellot. *in templo omnium judicum lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 4. verſ. Imperator habet. n. 4. fol. 307.* Caſtald. *de Imperat. q. 109. n. 7.* Bald. *conſ. 359. proponuntur. lib. 1.* Alex. *conſ. 216. in pr. vol. 2.* Jacob Philipp. Port. *conſ. 1. n. 45.* Cravett. *conſ. 241. n. 3.* Claud. Cantiunt. *Conſ. 1. n. 124. & Conſ. 17. n. 45.* Menoch. *conſ. 103. n. 38. apud* Baſil. *vol. 4. diſp. 7. de ſecuritate & ſalvo conductu* Johan. Georg. Bochtius. *cap. 5. claſſe. 1. n. 152.* Turrecremat. *in c. ſacrilegium 16. q. 3. n. 5.* intellige videlicet de ſacrilegio *largè* accepto, quatenus principis poteſtatem tanquam ordinationem divinam *juxta Rom. 13. verſ. 2.* maximè in rebus ſacris ac religioſis vel Eccleſiaſticis exercendam vel exercitam quis conſideratur impugnare per not. Turrecremat. *d. loc.*

Diſputare de ſummi Pontificis vel Principis poteſtate, inſtar ſacrilegii habetur.

videlicet largè ſumpti.

Nunc autem quando F. Romanus & ſummi Pontificis de rebus & *F. Romanus*

Summi Pontificis poteſtatē impugnat.

1\. bonis Eccleſiaſticis aut Monaſterijs Conventu deſtitutis diſponendi poteſtatem ordinariam veluti aviculam vinculorum & catenarum nexu ligat & conſtringit, quemadmodum ex *infami eiusdem imagine*, atque aulæ titulo *ligata libertas*, inſcripto *n.74. & ſeqq. uſq; n.93. & paſſim*, videre eſt; & inſuper diſpoſitionem ipſius ſummi Pontificis de Monaſterijs Conventu deſtitutis, eorundemque alii ordini religioſo factam aſſociationem & unionem, juſtitiæ, &c. tum concordatis Germaniæ adverſari dicit *in Aulæo. n.51. & 52.*

2\. an non hoc ipſo ſummi Pontificis poteſtatē de eiuſmodi bonis Eccleſiaſticis & Monaſterijs diſponendi & aſſociandi impugnat? An non qui poteſtate ſua utentem, dicit agere contra juſtitiā, hoc ipſo eiuſdem ſimul impugnat poteſtatem, dicitque hoc vel illud ipſum agere non poſſe; cum illud nos poſſe cenſeamur, quod rectè, quod honeſtè poſſumus *c. faciat homo. 22. q. 2. l. nepos Proculo. 125 ff. de verb. ſignif.* Videantur Surd. *conſ.185.n.22.* Marian. Socin. *in repet. l. ſecundum ff. de legatis. 1. n.69.* Andr. de Beſſetis. *in repet. l. habeat. n. 43. & ſeqq. C. de SS. Eccleſ.* qui illud ex jure comprobant. Videantur etiam textus, *in l. poſt legatum 5. §. 1. ff. de his quæ ut indig. in l. Papinianus. 8. §. meminiſſe 14. de inoffic. teſtam.*

3\. Quod ſi igitur F. Romanus *in aula & aulæo ſuo*, imò & *in horto* ſummi Pontificis poteſtatem ordinariam, qua huiuſmodi bona Eccleſiaſtica aut Monaſtica non occupata, & Monaſteria conventibus deſtituta alii ordini religioſo ſunt aſſociata & unita impugnat, quis eum, eiuſque *aulam & aulæum* à crimine ſacrilegii largè ſumpti liberum pronuntiabit? Deinde cum F. Romanus *in imagine libro ſuo præfixo* atque aula ſummi *Pontificis poteſtatem* veluti *aviculam catenula conſtrictam*, & *doctrinam noſtram* de Apoſtolica aſſociatione huiuſcemodi bonorum Eccleſiaſticorum alii ordini religioſo facta, veluti *turbinem* aut tempeſtatem, tum quaſi *ardearum excrementum* illudat, quin etiam partim *in horto*, meam ac reliquorum Patrum noſtrorum perſonam contumelioſè traducat, an non ideo & aula & aulæum & hortus ipſius F. Romani jure merito cenſebuntur ſcriptum injurioſum eſſe. Inſuper, cum idem *hortus*, &c. Societati noſtræ gravia delicta & crimina perverſæ doctrinæ, ambitus, abuſus ſacrarum ſcripturarum, adeoque ſacrilegii, *de quibus tract.* 4. agetur, contra veritatem impingat, an non hortus, &c. F. Romani libellus famoſus erit æſtimandus, per ea quæ tradit Lud. Gilhauſ. *in tr. de injur. §. 11. n.1. & ſeqq.* quod nimirum *ſcriptis inferatur* injuria vel ſimplex, *ſi quis* „ *ſcripſerit, quod ad alterius contumeliam etiamſi non ad infamiam pertineat, vel* „ qualificata, *quæ eſt famoſus libellus, ut ſi quis ſcripſerit quod ad alicuius infami-* „ *am pertineat; qualia ſunt crimina vel delicta infamantia.* Weſenb. *in parat. ff. de injur. & famos. libell. n.19. & ibi* Bacch. *per l.1. §. ſi quis libellum, & in l. Conſtitutionibus ff. eod. l. unic. C. de famoſ. libell.* Joan. Weſſelt *diſp. de injur. & famoſ. libell. 19. concl. lit. e. tom. 1. apud* Baſil. *per l. 5. §. 9 & ſeq. l. 15. §. 27. ff. & Inſt. §. 1 de injur. l. unic. C. de famoſ. libell. 5 q. 1. c. 1.*

F. Romani aula hortus eſt aliquod ſcriptum injurioſum.

Huiuſmodi autem ſcripta *ſimpliciter* injurioſa & libellos famoſos de jure

Digitized by Google

jure prohiberi, nemo inficias ibit, qui jus civile *in l. 1. ff. de injur. & l. unic. C. de famoſ. libell.* ac Receſſus Imperii volutaverit, maxime *Reformationem* guter Policey zu Augſpurg 1548. am 60. Blat / Abſchied zu Erffurt *anno* 1570. am 18. Blat. Policey Ordnung zu Franckfurt 1577. am 33. Blat.

Accedit, quod libri, præſertim in quibus ſcripturæ ſacræ tanguntur, ſine ordinarii loci vel Magiſtratus competentis authoritate & licentia, nedum, in quibus, prout in horto videre eſt, ſcripturæ ſacræ in perverſo ſenſu allegantur, imprimi prohibeantur, tam *in regula* 10. *Indicis librorum prohibitorum ex Concilij Tridentini præſcripto, ac Pij IV.* anthoritate *conformiter Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Seſſion.* 10. habito emanata, quam in cit. Reformation guter Policey *anno* 1548. Abſchied zu Regenſpurg. 1570. Policey Ordnung zu Franckfurt 1577. *dict. loc.* Quod ſi tamen abſq; eiuſmodi authoritate libri alicubi ſint impreſſi, eo caſu S. C. Majeſtati vel ejus Fiſcali contra Impreſſores eorundem procedendum eſt, ex d. Pelicey Ordnung zu Franckfurt 1577. am 34. Blat.

Unde cum F. Romani *aula, aulæum & hortus* ſine ordinarij authoritate prodierint, ac partim ad contumeliam ſummi Pontificis & Societatis, partim ad eiuſdem Societatis infamiam pertineant, imò ſummi Pontificis poteſtatem, Titulos, &c. Illuſtrium ac Nobilium perſonarum fundationes impugnent, nemini dubium eſſe poterit, quin ejuſmodi *aula, aulæum, & hortus ſint* prohibita, & quidem eo magis, quod liber ipſe ab hæretico eoque Lutherano, ſollicitante quodam, ut audivimus religioſo alterius tamen ordinis, fuerit impreſſus, atque à Joanne Preſſum Bibliopola Calviniſta divenditus, imago eidem præfixa ſimiliter ab Hæretico quodam, & quidem, ut ex eiuſdem ductibus ac lineamentis artis ſculptoriæ periti collegerunt, à Philippo Harpff Hanovienſi efformata & inciſa, eas omnes, quas ſupra recenſuimus aliaſque complures exhibeat abſurditates, ut non immerito *placidæ diſceptationis* author *ſuper famoſâ* quæſtione, *an hoc tempore legitimæ ſint cauſæ, ut* ,, *quædam Monaſteria alterius inſtituti Monachis vel militaribus Ordinibus* ,, *dentur?* &c. anno 1630. impreſſus *in rationis primæ Conſideratione n.* 14. mi- ,, ratus ſit Religioſum iſtum in Sueviâ, qui, ut inquit ipſe, *aſper & ardens pro-* ,, *mulgaturum ſe peccata minatus eſt, quæ quibuſdam locis ab hominibus ocieta-* ,, *tis dicerentur patrata, nec in illo facto ſe peccaturum.* Cui reſpondet ibidem ,, author, *non eſt*, inquiens, *iſta vera Theologia mi* frater, *pone iras, ne hæreticos* ,, *imitando, aut malus eſſe incipias, aut deſinas eſſe Catholicus. Societati nocere* ,, *non poteris. Nam ut illa peccata vera ſint, non ficta, quod ſcire certò non potes:* ,, *non enim vidiſti, ſed de Suſurro inimicæ* (addo ego *mendacis & malignantis*) ,, *linguæ audiſti. Sed demus vera eſſe, non tamen Societatem infamant. Vel* ,, *enim ſunt eorum, qui à ſocietate exciſi & ejecti ſunt, vel qui adhuc in ea degunt.* ,, *Si priorum: ergo Societas, quæ punivit & expulit, abſoluta eſt. Nec enim* ,, *Reſpub. in qua committuntur ſcelera, infamis eſt, ſed quæ non punit, quæ fovet.* ,,

Concluſio contra Aulam & H rtum F. Romani.

 Sipoſte-

Digitized by Google

„*Si poſteriorum: Nomina ET PROBA; continuo expellentur, ante tamen* „*puniti. Ex his non adhærebit tam formoſo Corpori macula, quam non modò* „*eluit, ſed etiam truncato, cui inuſta erat, membro, longè ab ſe projecit. Illu-* „*ſtris eſt illa Societatis excuſatio, quam omnes urbes, Congregationes, familiæ,* „*Principes coguntur accipere. Nuſquam enim tam felix eſt hominum cœtus,* „*ut ex eo nulli mali ejiciantur, &c. hoc ſolum affirmo, ſi frater, ſi Prælatus poſt* „*pœnitentiam in dignitate manens, non eſt probro ſuo ordini, Societati ad infa-* „*miam objectari non debere eorum delicta, quibus ipſa pœnam impoſuit, & poſt* „*actam pœnitentiam à ſuo conſortio removit, ut incontaminatam puritatem ob-* „*ſervet, & malevolorum ora ſeveritate diſciplinæ obſtrueret.* Hæc ipſe, quibus utinam F. Romanus audiens fuiſſet, ac monſtroſum calumniarum ſuarum partum ante viginti & amplius annos infeliciter conceptum ſepeliiſſet, nec quibuſdam fallacibus aut fucatis allegationibus veluti reticulis involutum in lucem cum offenſione piorum Catholicorum & hæreticorum malevolorum Societati pro libidine ſuâ detrahentium ludibrio & riſu protruſiſſet, haud dubiè melius ſibi, ſuæq; Conſcientiæ conſuluiſſet.

Allegata Dd. ſuffragia F. Romanum à calumnia non liberant.

Certè ipſius aulam, aulæum, & hortum à gravibus injuriis & calumniis jactata & ſuffixa variorum Monachorum ac quorundam Doctorum ſuffragia non liberant. Vel enim omnes illæ injuriæ & calumniæ ſimul cum aula, aulæo, & horto, Monachis iſtis & Doctoribus fuerunt propoſitæ, atque ab ipſis citra ullum veritatis examen ac probationem permiſſæ nec correctæ, & ipſos Monachos Doctoreſque earundem æque reos ac ipſum F. Romanum conſtituent. Nam *delicto conſentiens, vel illud non corrigens dum poteſt & tenetur, perinde reus conſtituitur atq; ipſe faciens* gloſſ. *fin. in l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſcop. & Cler.* Daoyz. *in indice juris Civilis. verb. delictum. nu.* 8. *per l. jubemus.* §. *Oeconomus C. de SS. Eccl. l. quid ergo* §. *penult. ff. de his qui not. infam. c.* 1. *de offic. deleg. & ibi,* gloſſ. *ampliſſima.* Vel illæ injuriæ ac Calumniæ non fuerunt Monachis iſtis & Doctoribus ſimul exhibitæ, vel ſi exhibitæ, ſed correctæ, & nihilominus à F. Romano in ſuum librum relatæ, tunc ipſe de falſitate coarguetur, quod aliquid vel non viſum vel non approbatum iſtis Monachis & Doctoribus adſcripſerit; Iſtis enim caſibus falſitatem committi docent Socin. *in c. licet ad regimen* 5. *n.* 2. *de crim. falſi. & ibi* Hoſt. Joann. Andr. *per illum text.* Quicquid demum ſit de illis Monachorum & Doctorum ſuffragiis, utrum ea pro toto libro, vel eiuſdem parte fuerint lata, certè ipſi libro & operi nullam conciliant authoritatem, ut ex ſequentibus manifeſtè colligetur.

CAP.

CAP. II.

Quid de horti approbationibus ſentiendum.

HOc caput in *duas* ſubdividitur *ſectiones*, quarum *priore* quid de judicio Academiarum Salisburgenſis, Lovanienſis atque unius alteriusve Doctoris ex Academia Pariſienſi: *Poſteriore* quid demum de cenſuris aliorum quorundam Doctorum ex oppoſita iis ſententia judiciali ſit cenſendum?

SECTIO I.

Quid de judicio Academiarum Salisburgenſis, Lovanienſis atque unius alteriuſve Doctoris ex Academia Pariſienſi ſit ſtatuendum?

Recte judicaturus liber erit.

SCiendum eſt, quod quiſquis judicaturus eſt, ita debeat eſſe comparatus, ut ex ſincero & recto judicio agere præſumatur, ſolo veritatis intuitu ductus, non verò ullo hujus vel illius amore aut odio, (quibus mens perturbari ſolet, quo minus verum, unicè contemplandum dignoſcat) illectus, quare etiam Poëtæ amorem abſque oculis adumbrarunt, quod homines exoculatos efficiat, ne de vero rectum forment judicium. De *amore* id atteſtatur Plato ſapientiæ oraculum *lib. de legib.* 5. quod amor in judiciis cœcutiat. Idem *Theophraſtus* affirmat, quod amantium ſint *exoculata judicia.* Quibus S. Hieronymus *in apologia ad Pammachium & Oceanum* ſuffragatur, docens, „*aliquem in propriis & ſuorum cauſis præſumi luſcioſum & exoculatum* „*ac talpam; in alienis verò Argum, lynceos & Caprearum oculos habere. Omni-* „*bus enim quidam innatus eſt naturalis affectus, quo in ſe ipſos, & ſuos tam ſangui-* „*ne, quàm neceſſitudine conjunctos ac copulatos cæcè trahuntur ac rapiuntur, hic-* „*que naturalis affectus, aliis proprius amor nuncupatus, ſe ſuosq; vexari, agitari,* „*onerariq;, vel opprimi non patitur.* Quo facit & illud *Epheſ.* 5. „*Nemo carnem ſuam odio habuit.*

1. Ab amore nimio unius partis Et quare.

2. Ab odio alterius partis Et quare.

Deinde quod *odio* quoque rectum hominis judicium invertatur, teſtis eſt Cicer. *lib. 2. de offic.* ubi tradit, *quod quem quisq; odit, periiſſe cupiat*, vel ſaltem non præſumatur illi favere *ex c. perinde requiris. vers. Tertio. de appell. & ibi not.* Quare etiam Veteres odium per *rubum ſiccum* exprimebant, qui undique aculeis armatus & aſper facilius rumpitur, quàm flectitur.

Hinc cum ex amore vel odio aliquo prædominante judicium humanum perturbetur, ut inter rectum & pravum non diſcernat, *factum* eſt, ut prudentiſſimè in jure conſtitueretur ac caveretur, ne quis *ſibi ſuiſque in ſua ſuorumque cauſa jus dicat* vel judicet. *l. qui jurisdictioni & ibi* Angel. *ff. de juriſdict. omn. jud. & C. ne quis in ſua cauſa.* Joan. Baptiſt. Fragoſus. *part. 1. de regimine rei pub. Chriſtiana lib. 4. diſp. 9. §. 2. n. 20. & 21* quò judicia ſine ſuſpicione aliqua peragantur. Jaſon *in d. l. qui jurisdictioni* vel ſi de facto procedat judex, tan-

Digitized by Google

quam ſuſpectus recuſari & rejici queat *Dd. in d.l. qui juriſdictioni.* Can. *in d.c. ſecundo requiris verſ. tertio.* Licet ſecus eſſet, ſi quis in ſuum commodum duntaxat proteſtaretur, & proteſtando jus ſuum conſervaret, Mar. de Ve. *in tract. de proteſt. n. 3. 14. arg. l. de pupillo. §. nunciari ff. de nov. oper. nunc.*

De præfatis Academiis quid ſentiendum?

Ex ſupra deductis conſequens eſt, quod quando Academia Salisburgenſis PP. ordinis S. Benedicti pro Aſtro F. Romani 8. *Octob. anno* 1641. atq; ex eadem Academia unus & alter Benedictinus *pro ſolo Horto Cruſiano* 4. *Septemb.* 1642. Itemque unus ac alter Pariſienſis Academiæ *pro ſolo horto* 17. *Iul.* 1646. ac denique utraque Facultas juris Academiæ *Lovanienſis* pro Aſtro 14. *Kalend. Novemb. anno* 1633. & iterum 6. *Maij* 1642. prout refertur *in Horti confinibus pag.* 426. *n.* 3. ac pro Aula Eccleſiaſtica & horto Cruſiano *Kal. Maij* 1648. pro eodem ex ſuo affectu dederunt ſuffragia, ea tanquam ſuſpecta ſint rejicienda, eò quod Academia *Salisburgenſis* Ordinis S. Benedicti dando ſuffragia, in cauſa propria ſuorum Monachorum judicaverit; de reliquis verò conſtat, quo ſint in Soc. quovè in alios Religioſos affectu; ut proinde potius *Iudicialis* ſententia S. Rotæ Romanæ, ſummi in Orbe Chriſtiano, pro via ordinaria juſtitiæ in cauſis civilibus à Summo Pontifice conſtituti Tribunalis Eccleſiaſtici poſt plenam cauſæ cognitionem, & utriuſque partis diſceptationem auditam ex incorruptæ & ſinceræ veritatis & juſtitiæ amore pro ſocietate contra Religioſos alios. 29. *Maij* 1641. lata, iterumque 20. Junii 1644. confirmata veniat attendenda; quam idcirco contra omnia ex parte adverſa conquiſita ſuffragia partialia, hic volumus omni meliori modo, ac via repetitam, quæ etiamnum inconcuſſa permanet ac permanebit.

Deciſio S. Rotæ Romanæ prævalet omnium dd. Dd. authoritati.

Aſtrum F. Romani quomodo à Dd. Lovanienſibus ſit approbatum.

Quòd verò F. Romanus *in alleg. ſua* 508. aſſerit, me in *præfatione Eclipſis n.* 7. *& ſeq.* negare, *Aſtrum illud à Lovanienſibus Doctoribus fuiſſe approbatum, ideoque vult redarguere falſitatis,* eſt falſum & fallax à *dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter* argumentum, quia ego ibidem *in præfat. n.* 7. *& ſeqq.* trado *libellum Aſtri NB. prout anno* 1636. *eſt impreſſus* (quam particulam *prout*, reſtringentem F. Romanus omittit, adeoque falſum allegat) *non fuiſſe jam anno* 1633. *in Octobr. ac Novembr.* eo modo approbatum, quod ipſe *allegat.* 508. *pag.* 425. concedit, ut vel hinc videre liceat, quâ fide agat F. Romanus, ac quomodo ipſe exorbitet.

Objectio F. Romani diſcutitur.

Et falſum eſt, quod noſtri libri ſemel cenſi, poſtea pro libitu ſine novo examine vel approbatione evulgentur, ut proinde ſe iis minimè tueri queat F. Romanus, quia ut huc applicem, quod idem tradit in horti append. *paradox.* 30. *iſta ratione poſſent cujuſvis damnati ſcriptoris opiniones interſeri, quæ tamen ab Eccleſia reprobarentur.*

SECTIO II.

Quid demum de Cenſuris aliorum quorundam Dd. ex oppoſita iisdem ſententia judiciali ſit ſentiendum?

FR. Romanus de variis variorum Prælatorum ac Doctorum approbationibus

nibus ſibi plurimum congaudet, jactatque *plures hactenus Aſtro inextincto acceſſiſſe approbationes, quam placeat Nobis opponentibus, & quàm juſta defenſio unquam obtentura* ſit. Horti append *parodox. 1. n. 5 pag. 454.* *Commentum Hujusce jactantia.*

Et quidem pro aſtro affert ſui *R. Prælati VVunibaldi* Abbatis Ochſenhuſani 1. *Septembr.* 1634. & ejusdem pro Aula Eccleſiaſtica & horto 24. *Febr.* 1648. conſenſum; Deinde pro Aula & Horto 1. *R. Domni Abbatis Veteris Montis* ex Ciſtertenſi Ordine, 14. *Maii.* 1648. 2. 3. 4. *trium* ex certo quodam Ordine, cujus honori parcitur, Religioſorum 16. *Nov.* 1647. 7. *April.* 1648. 5. *Ioannis Michaëlis Glaſer* Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini 12. *Dec.* 1647. 6. *Ioannis Nidervviltz* Carmelitani 13. *Dec.* 1647. Doctorum Colonienſium ac Theologiæ Profeſſorum: Tum pro ſolo Horto 7. & 8. *duorum* aliorum ex Ordine illo, cui parcimus, Religioſorum 29. & 30. *Jul. ſeu 3. Kal. Aug.* 1642. Item 9. *D. Nicolai le Long.* SS. Theolog. Doctoris ac Profeſſoris Duaci. 9. *Novemb.* 1644. approbationes, ex quibus *hic ultimus & primus* librum iſtum nihil fidei, *ſecundus*, ſicuti *ſeptimus* & *octavus* nihil fidei orthodoxæ ac bonis moribus adverſum continere tradunt: *octavus* etiam *meras alterius horti lappagines, nimirum trecentas ſexaginta ſeptem falſas allegati-* ,, *ones Eclipſeos prodi*: Quartus *fragilia Eclipſeos fundamenta, diſcurſus debiles* ,, *& inefficaces, authoritates juris & Doctorum perperam allegatas, & quicquid* ,, *ad Aſtrum obſcurandum aſſumptum fuerat, planè evanidum eſſe, doctè, jucundè* ,, *& ſolidè ediſſeri & probari* aſſerunt, quo eodem ferè ſenſu, *ſextus*, *ſeptimus* & octavus loqui videntur.

Verùm quicquid ſit, pace tantorum virorum dico, eos partim judices in propria cauſa conſtitui; partim etiam ſiniſtris informationibus aut præjudiciis inductos abripi. Quis enim inficias ire poterit, Reverendiſſimum Domnum Abbatem Veteris Montis Ord. Ciſtert. I. B. & Michaelem Glaſer Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini vel pro Aſtro vel pro Aula & Horto ſuffragantes ſuſpectos eſſe, quod eorundem cauſa hic agatur, prout ex ſupplicatione S. Rom. Imperii Depûtatis ad Comitia Ratiſponenſia Ann. 1641. Legatis à F. Dominico Abbate VVeingartenſi S. *Benedicti* pro ſuis & *Præmonſtratenſibus* Religioſis, & P. Petro Wilhelmo Abbate in Euſſerthal, *Ciſtertienſis*; F. Gabriele Reeb Priore in Rebdorf, Canonicorum Regularium S. *Auguſtini* Ordinum nomine exhibita, atque à F. Romano *in Aulæis ſub n.* 11 *pag.* 493. *& ſeqq.* relata elucet, ut mirum non ſit, ſi ipſi unà cum Reverendiſſimo D. VVunibaldo Abbate Ochſenhuſano Ord. S. Benedicti in cauſa ſua & pro ſe ſuffragia tulerint, quæ ideo tanquam ſuſpecta, meritò venient rejicienda. *Diſcutiuntur.*

Adhæc videamus, quî ipſorum elogia cum *Aula & Horto* congruant, annon in ipſo *Horto* aliquid *bonis moribus contrarium* reperiatur.

Annon bonis moribus & religioſæ modeſtiæ repugnat, *Clericum Sacerdotem Religioſum* probroſis appellare nominibus, quemadmodum *me* primum F. Romanus appellat

pag 145. *Cerberum, Melampum, Moloſſum.*

pag.

Digitized by Google

pag. 139. *Canem ſævientem in lapidem.*

pag. 124. *Echino aſperiorem.*

pag. 233. in allegat. 254. *Vino Cretico lymphatum.*

pag. 86. *Mirabiles Veſpas Bremenſes, Oeſtra Cruſiana.*

Deinde *P. Laymannum*, pag. 465. *Erroris crepitaculum &c.*

Quid ſi F. Romanus his nomenclationibus eos ipſos horti ſui larvati approbatores inſigniviſſet, an nihil contra bonos mores actum judicarent?

Annon bonis moribus adverſantur modi iſti loquendi, quibus F. Romanus utitur, inquiens;

pag. 140. n. 2. in fin. *Quibus ſi tantam rabiem ab hoc Melampo merui.*

pag. 235. n. 1. in fin. *Sed vel ego cacus ſum vel tu lippus.*

pag. 139. in princ. *ceu lardum rancidum Cruſiana culina non ſervit, qui mavult eſurire, quàm hos rogare.*

pag. 239. n. 2. ſub fin. *Sed mentiar & aves Cruſianæ me diſcerpant, ſi vel ſemel &c. d. ſequelam & eo numero intuli.*

pag. 301. n. 4. *Hæreticorum cauſam hodie ſuſcipiunt foventque Patres Soc. Ieſu Paulus Laymannus, Ioannes Cruſius, Valentinus Mangionius & larvatus Eugenius Lavanda.*

Ibid. fere ſub finem. *Hi nimirum ad hæreſes horum temporum debellandas peculiariter, ut ajunt, vocati, jam hæreticorum patroni eſſe incipiunt, excæcante illos concupiſcentiâ bonorum alienorum.*

pag. 403. paulo poſt princ. Quid igitur obſtat, quò minus hæretici nulliter iinmiſſos Regulares, ubique locorum iteratò exterminent, quando Joannes Cruſius Bremenſis è Societate Jeſu cum gladiis & fuſtibus invaſuros antecedit, ut præmiſſo Curiali oſculo, Cæſarem & Monachos ab Oliveti pinguedine abductos, nullitatiſque reos inter calvarias dormire jubet. Rectè Apoſtolus; Non Neophytum, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat diaboli.

pag. 265. n. 24. lin. 4. Hodie in nova lege Patribus Societatis Authoribus poteſtas fit apparitoribus & carnificum ſatellitibus, templa Deo vivo & vero dicata, Chriſtique Domini myſteriis initiata inſolenter & ignominiosè invadendi & innocentes ſanctimoniales violenter extrahendi.

pag. 278. lin. 2. *Debuit tamen canis aliquid dicere, quia canes latrant pro conſuetudine.*

pag. 243. *Tam ſcitè gloſſam exponit, acſi linguam bovis haberet.*

pag. 349. alleg. 478. in princ. *Crabrones in horto Cruſiano nidulantur.*

pag. 229. alleg. 345. *Cui plus eſt Scoriæ quàm Corii.*

Ibid. n. 4 in fin. *Semel inſanivimus omnes. Cruſius quingenties, linx in alienis, in propriis talpa.*

pag. 449. *Hodie Cruſius omnibus Canonibus ſacris & antiquitate naſutior.*

pag.

Digitized by Google

pag.335.ſub n.2. *Gravina in congeminata voce Turturis.c.16.§. ejusdem de occupatis Monaſteriis proſecutio &c. Tolerabile, ſi fieret quoque Univerſalis contributio Epiſcoporum, Civitatum, imò & ipſius ſuper omnes Religiones DITISSIMÆ SOCIETATIS, adeò enim ob ſuam Religioſitatem divitiis repleta eſt ut Regum, Principum, Dynaſtarum &c. mammillâ lactetur, & nedum Seminaria, Collegia, ſed & Epiſcopatus (ſi reditus computentur) aliive tituli de ſuperfluis erigi poſſint, vel ad ſubventionem captivorum, recuperationem terræ Sanctæ, pauperum Eccleſiaſticorum in dignitate conſtitutorum ſublevationem abſque ullo Societatis domorum detrimento, & ſummo Eccleſiæ adjumento.*

pag.467. *Laymanni doctrina mutabilior luna.*

pag.228. alleg.341. ſub fin. *Sed Cruſius acceptatis pedibus craſtinum roſtro corvi reſignat, hodiernum ſibi reſervans, id quod in Societate tantò fœdius eſt; quantò ſe præ cæteris Viros Apoſtolicos eſſe &c. profitentur.*

pag.167.n.3. paulo poſt med. *loquitur hic multa Cruſius, quæ ſe tacere dicit, atque utinam vel de mendacio erubeſceret, vel veritatem loco modoque debito deponeret.*

Ibid. In fine: *Verùm hac Moneta Cruſio non ſervit, ut illa; Audacter calumniare, ſemper aliquid hæret.*

pag.369. *Volebat hic &c. fugientem agnum ad lupos reducere, ſed ſternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.*

pag.226. *In aviario ſuo habere onocratulos ſtrumoſos.*

pag.198. *Bis eodem pugno ſibi ferit oculos incautus.*

pag.277. *Culicem caſſibus venatur.*

pag.199. *Hem aliud monſtrum aquaticum, idq; cornutum ex obſcuro piſcinæ Cruſianæ angulo ſubſultat.*

pag.401.n.19. *Bene verò de Chriſtianitate merebitur dicta Societatis Præpoſitus Generalis, ſi ad evitanda hujusmodi impoſterum ſcandala & incommoda frænum Sociis ſibi ſubjectis injecerit, ne deinceps pro libitu quidquid in buccam venerit, contra venerabiles antiquiores ordines, eorumve membra vel capita evulgent.*

pag 139. Tit. Moloſſus *Alligatus eſt ut video, villoſus horti &c. cuſtos Cerbero terribilior, ut micant ei flammantes oculi, ut rictum immanè deducit, ut rauco gutture ringitur & tantum non rumpitur canis nimium domi ferociſſimus.*

pag.156. *Hic Democritus à tergo videns, linguam exſerit, quod Cruſius cornua ſumat ad arietandum ſuum Laurentium, Forerum.*

pag.384.n.7. *Vide nos infra. Incredibile dictu eſt, quoties iſtiusmodi verba repetat in Eclipſi. Quo loquendi modo revocat in memoriam factum Marcionis, qui olim referente S. Hieronymo factus obviam S. Polycarpo Epiſcopo & Martyri dixerat. Cognoſcis nos? Cui ille ſatiſfaciens reſpondit: Cognoſco primogenitum diaboli.*

pag. 332. qui *Patrum hodie ſibi aſſumto nomine Fratribus inſultant.*

pag. 311. n. 9. in fin. *Inſtar Semei ſemper extra chorum ſaltans aliamque viam per jugum montis ex latere contra me gradiens terram ſpargit & lapides mittit, ne eum Diabolus ocioſum inveniat.*

pag. 108. alleg. 7. *apparet Cruſium æmulari munus omnipotentiæ divinæ, quæ vocat ea, quæ non ſunt tanquam ea, quæ ſunt Rom. 4.*

pag. 246. n. 7. *Non ſatis compertum habeo, quis Spiritus (veritati contrarius) dictaverit his quatuor ſcriptoribus has inſanias falſas, niſi forſan illud ſpectrum ſeu ſpiritus, qui 3. Reg. 22 Egreſſus ſtetit coram Domino & ait, Ego decipiam Achab Regem Iſrael, cui loquutus eſt Dominus. In quo; & ille ait. Egrediar & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus, decipies & prævalebis.*

pag. 364. n. 14. *Robertus Perſonius ejuſdem Societatis Anglus homo elati ſupercilii, qui etiam defectus & imperfectiones in ipſo ſacro Oecumenico Concilio Tridentino velut maculas in Sole obſervaſſe fertur.*

pag. 138. n. 3. *ut tantiſper deſcenderet, cauſam præbuit hominis ſupercilium, quo ſeipſum arroganter in Cathedra collocaverat.*

pag. 233. allegat. 354. lin. 3. Vino Cretico nonnihil hic lymphatus cum ſuo lituo titubat augur Bremenſis.

pag. 227. n. 2. *Cruſius noſter Oenopola factus ſuſpensâ hederâ pro vino aquam, pro vitro falſum tota ſua Eclipſi ac præcipuè allegato loco vendere non erubeſcit.*

pag. 226. *Proinde ſi Cruſius argumenta mea proponere cupit, vellem ut meis, non ſuis verbis uteretur. Suis autem a deprimit, aut extenuat, aut invertit, aut denique omiſſo nervo depravat.*

pag. 224. alleg. 335. n. 2. *poſſunt enim hujuſmodi aves Cruſianæ inhianter ſe ingurgitare, & integra Monaſteria cum omnibus pertinentiis & reditibus, ſive ſint extincta, ſive non alacriter & citra nauſeam deglutire.*

pag. 464. *Nimis grave eſt & paradoxum, etiam Romanum Pontificem Vrbanum VIII. aſſerta ſcurrilitati involvere.*

pag. 466. *Vno verbo, qui inſtar Iezabelis innocentes Religioſos Ordines mille Criminum reos egit, illis etiam applaudens, qui ſucclamabant; A nullo genere hominum majus Eccleſiæ damnum illatum eſſe, quàm ab antiquis ordinibus, quos ajebant eſſe inutilia terræ pondera, ventres pigros, ſtupidas pecudes &c. ut hac ratione vineâ Naboth felicius & velocius potiretur.*

Quid, ſi hæc & ſimilia ab alio quodam ipſis DD. Doctoribus larvatum hortum approbantibus objicerentur, num nihil contra bonos mores objectum concederent? Quod de ſe ſtatuent, quare non eodem jure frui & alios patientur.

Annon malè ſonantes propoſitiones cum ingenti ſacrarum ſcripturarum abuſu hinc inde ſparſæ inveniuntur, prout videre eſt ex pag. 403. §.

Quid

Digitized by Google

Quid igitur obſtat & pag.3.1.n.9.in fin.pag.108.alleg.7. ſub fin.pag. 265. n. 24.pag.246.n.7.

Iterum ex pag.375.tit. Arundo ſub fin. *Miſſa hac arundine vento Cruſiano ad nos agitata,qua etiam Chriſto Iudai illuſerant, ad ſcholas altiores revertamur.*

pag.481.n.66. *Conſequenter in edendis hiſce notis Eugenii Lavanda Coadjutores utriusque editionis longè gravius peccant, quàm ambo Typographi, juxta illud Iohannis 19. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.*

pag. 445. n. 23. ſub fin. *Hodie Chriſtus Dominus redit in Germaniam iterum crucifigi. Iam inſtrumenta paſſionis Dominica comportat in horto ſuo Cruſius &c.*

Ibid. *Annon per hujusmodi novas & inauditas doctrinas, Ordo Monaſticus tradetur Gentibus,& illudetur & flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquam flagellaverint,occident eum? Verum denique prater omnem expectationem Cruſii,tertia die reſurget.*

Annon probra & contumeliæ in Religioſos viros jactæ, inter ea, quæ bonis moribus adverſantur,recenſebuntur? Annon propterea quis juſtè in F Romanum inveheretur,ut calamum exorbitantem compeſceret.

Taceo alia,quæ ipſi cum *Sanctio Galindino*, *Alphonſo Vargas* authoribus damnatis ſunt communia, indignaque ut huc referantur, ex quibus omnibus apparet, quam Calumnioſum & Injurioſum ſit opus Hajanum. Ne autem ullus lectori ſcrupulus relinquatur, quaſi ejusmodi F. *Romani* propoſitiones ex quodam averſo affectu Calumniatum à Nobis damnentur, hinc aliquot ejusdem F. Romani aſſertiones in medium producam, quibus in parallelis Columnis adjungam geminas VVerneri Thummermuths à F. Romano *pag.339. n. 2. in horto* laudati propoſitiones judiciali ſententia tanquam calumnioſas & injurioſas damnatas. ***Calumnia probantur ex parallelis propoſitionibus.***

Anno 1636. 2. Junii ſubſequens Catalogus, tanquam *probroſus & Calumnioſus* in cauſa beneficiali Rev. Dn. Framigii Kochs Canonici contra Collegium Societatis Jeſu Noveſienſe, admodum Rev. Nobili & Clariſſimo Dn. Hermanno Eiling Officiali Colonienſi exhibitus, atque ab eodem Judiciali ſententia 20. Martii 1637. condemnatus atque ab actis rejectus fuit.

Digitized by Google

Huic Catalogo reſpondent ſubſequentes *F. Romani* aſſertiones.

Catalogus probrorum & Contumeliarum à Dn. Thummermuths in Patres Societ. jactarum.

I.

pag.397. *An vos quicquam combibiſſe humanitatis credam, qui & illos ubi fert occaſio è Cœnobiis ſuis exturbatis Monachos, quorum majores non pauca vobis a fundamentis excitarunt Collegia?*

pag.355. Ex literis D. Quæſtenberg ſimpliciter prolatis. *cur mihi crimini datur, ſi uſurâ, fraude, aut quocunque illicito proceſſu rem proximi, meam facere laboro, & mox Eccleſiaſtes aliquis inclamat. Non concupiſces rem proximi tui; ſi Chriſti ſervus ſine noxa proxima ſibi familia, eadem reclamante, proteſtante, & non rarò ad Dei judicium appellante patrimonia extorquet, & ſibi ſuisq; adſcribit.*

pag.354. iterum. *Theologorum profunda non intueor quidem; at ſimplici meo ſenſu, RAPINAM interpretor translationem illam monaſteriorum.*

pag.363. *At forſan ardor habendi, nonnihil hodie in Societate deferbuit?*

Sic ait & Vulpes cum prendere poma nequiret,
Non ſunt hæc ſtomacho commoda poma meo.

VVeſtpalia nuperrimè mitigavit, non virtus. Monaſterii Monaſteriorum clauſa eſt janua, ubi plura viſuntur concupiſcentiæ ſepulchra quàm irritamenta.

fol.11. *Idq; eo magis quod Patres Societatis Noveſienſis, uti* 11 *verum, vel admodum præſumendum, tanquam religioſi timorati & bonæ conſcientiæ Viri, contra Procuratoris Principalem de iſta Societate alias benemeritum, tam exorbitantem, periculoſum, & toti mundo ſcandaloſum titulum non producturos.* Et fol.29.§.quamvis 21. *verum fundationes Patrum in hiſce terris &c. per extinctionem beneficiorum particularium fundatoribus & Patronis & legitimis poſſeſſoribus invitis, inſciis & inauditis, à privatis Eccleſiaſticis extorqueri, cum nec ſint facienda mala ut eveniant bona, ſed Deum execrari apud Iſaiam rapinam in holocauſto, ut verum* 22.

II.

pag.301. *Hæreticorum hodie cauſam ſuſcipiunt, foventq; Patres Soc Ieſu. &c ut mirū non ſit Ser. Principem Electorem Saxo-*

fol.41. *Hinc rurſus proteſtatur Syndicus, quod nihil eorum, quæ pro meritis cauſæ inevitabiliter affe-*

Digitized by Google

F. ROMANI.

Saxonia ad Electorem Bavariæ tranſmiſſa (ut fertur) juſta defenſione Laymanni glóriatum, ſibi ſuíſq; gratulatum eſſe, quod Patres Societatis Ieſu, præter omnem ſpem & exſpectationem acatholicorum cauſa tam fervidè patrocinarentur. Hi nimirum ad hæreſes horum temporum debellandas peculiariter, ut aiunt, vocati, jam hæreticorum Patroni eſſe incipiunt, excæcante illos concupiſcentiâ bonorum alienorum, &c.

pag. 397. *E vobis autem plurimi tam ſunt ignari humanitatis, ut illud è Decalogo,* Non concupiſces, *vel prorſus neſcire, vel non ſatis intelligere videantur.*

pag. 569. n. 23. *Quia videtur magis defendi ex concupiſcentia rerum alienarum, aut pertinacia & rubore in cauſa ſuccumbendi, quam amore veritatis & juſtitiæ.*

pag. 350. Numerorum 11. *legimus qualiter Iſraelitæ in deſerto nauſeantes manna, carnes manducare cum murmure concupierint, quorum concupiſcentiam Deus primum miſſis coturnicibus ſaturavit, mox irâ exardeſcens, dum carnes adhuc hærerent in dentibus eorum, cum furore percuſſit eos plaga magna nimis: vocatuſq; eſt locus ille* ſepulchra concupiſcentiæ, *ibi enim ſepelierunt populũ, qui deſideraverat. Vereor eundem exitum habituram aliquando, importunam alienorum Monaſteriorum, ceu delicatarum avium concupiſcentiam à cujus reatu N. ſeſe extricare & à violatione decimi præcepti, Non concupiſces rem proximi tui eximere conatur.*

THUMMERMUTHIS.

afferuntur, ad deſpectum Domini Principis ſpectet, ſed contra eos tantum, qui Principem malè contra Dei præceptum de non Concupiſcendo, &c. ſui Commodi cauſa informarunt, tam ſcandaloſas extinctiones, uniones, &c. ſuggeſſerunt, & donationes rerum alienarum impetrarunt, & impetratis tanto tempore uſi ſunt, ſolummodo dirigi.

Digitized by Google

F. ROMANI. | THUMMERMUTHS.

III.

pag. 474. n. 52. *Supereſt Eugenius Lavanda, larvati nominis auctor, qui proprium nomen & patriæ edere erubeſcens, ex Utopia Ninivenſem ſeſe nominarit. Is in oſtio formoſus, notas nigerrimas in aſtrum inextinctum, &c. evulgavit, lucem inſtar veſpertilionis, propria cauſa diffidentia averſatus, libellus exigua molis & virium, niſi quod etiam ſcommatum iliade ſe triumphaturum, & maledicere aliis, ut ait S. Hieronymus bonæ Conſcientiæ ſignum eſſe crediderit. Hinc eſt quod Echino aſperior integram navem aculeatis convitiis onuſtam advehat, &c.*

pag. 476. n. 53 in fin. *quem tamen Cancellus librorum prohibitum digniſſimum eſſe, prudentes quiq; ſemper judicarunt.*

pag. 477. n. 56. *Proſcriptus ac tam acri lixivio perfuſus tenetur, &c. quem hectica, & longa tabe in hoſpitali conſumendum vereor.* pag. 397. n. 14.

pag. 354. Ex literis D. Queſtenberg/quas Romanus ſimpliciter allegando facit ſuas; ubi dicitur, *certe fundationes antiquiſſimas laudatiſſimorum ordinum, ſic deſpui, proteri, & in aliud quotidie transferri, omni etiam fundatorum memoriâ abolitâ, & ſubtracto hæredibus in egeſtate ſubinde comprehenſis ultimo profugio, neſcio quam crudelitatis ſpeciem habet. Id verò ſi indulgetur, ego ſcandalizor, nec in pias fundationes conferre velim, licet millies millena millia, quotannis rationibus meis ſupereſſent.*

Et ibidem paulò ante; ut *quid enim morituri in ſupervacua circumſpicimus, & ſanctiſſimorum Patrum & Ordi-*

fol. 68. 69. *Impudentiæ iſtius ſuggeſtoris accepto ferendum eſſe, optandumque ſugillatorem iſtum toti mundo detegi, ut ad horrorem totius ſtatus Eccleſiaſtici dignâ pœnâ Calumniatoribus, formidabili exemplo eſſe poſſit, &c. quamvis inventus ſit, qui non inſciis Patribus Societatis ſub fictitij nominis larvâ reſponſum illud, &c. meris Convitiis, genuina libelli famoſi formâ niſus ſit, iſte tamen tam evidenter repreſſus ſit, ut, ne Patres quidem ipſi Societatis apertè in contrarium hiſcere hactenus viſi aut auditi ſint, &c. Diſcant itaque nunc Patres Societatis, vel ex uno Patre Laymanno, ſimili cum perſonato illo, inſcriptione, ſtyloq; utente, &c.*

fol. 71. 72. *an autem eò verba iſta à perſonato pro Patribus Societatis ſcribente, audis hoc Princeps & pateris. &c. hoc enim loco noverunt Patres, Advocato huic non eſſe aliam intentionem, niſi Societati Jeſu oſtendere, morem iſtum Societatis bonis alienis Eccleſiaſticis, ſub prætextu plenitudinis poteſtatis Pontificum, aut motus proprios non probari, ſed hoc ipſo ſcandalizari omnino omnes, & è diverſo profectum bonorum ſpiritualium, quantumlibet alias bene intentum, mirificè impedire, &c.*

Eod.

Digitized by Google

F. ROMANI. | THUMMERMUTHS.

Ordinum Fundatorum injuriâ plura ſemper concupiſcimus. Si quis me ſuperſtite Collegia tam bene de repub. & Eccleſiâ merita Societatis interpretatione ſpecioſiſſima licèt, transferre ſatageret, an non jure merito concurrerem 2. quia Scandaloſa & impeditiva faciendarum ſimilium fundationum, aulæo §.xix. pag. 567.

IV.

pag. 568. n. 18. *quia incentiva turbationum & motuum in Imperio Romano, aliiſque regnis ac provinciis orbis Chriſtiani.*

n. 13. ibid *quia offenſiva Chriſtianæ Charitatis inter ordines religioſos.*

Eodem fol. *reſtat itaq; diſpicere an intentio boni Spiritualis hoc loco (ut eſt liberatio totius Cleri ab ingruente vexa Societatis & continua ſcandalizatio Chriſtianorum lucro temporali, ſi non licebit amplius Patribus Societatis ſub prætextu melioris uſus in poſſeſſiones aliorum Eccleſiaſticorum hiſce artibus involare poſtponenda ſit, &c.*

V.

pag. 453. *Inter Cymmerias tenebras, &c. offuderat orbi Chriſtiano Paulus Layman Societatis Ieſu presbyter, falſa ſua juſtæ defenſionis perſuaſione contra religioſorum ordines eorumque fundationes & Monaſteria deſtituta deluſus.* Poſt. *Totus Achilles in aliquot ſcommatum plauſtris conſiſtit, quibus me paſſim onerat, &c.*

fol. 74. *P. Layman in malè intitulata ſua juſta defenſione, &c. Iterum malè defendi Societatem à P. Laymanno.*

VI.

pag. 445. n. 23. *ſententia N. non modo paradoxa, piarum aurium offenſiva & falſa, ſed etiam (ſi verum loqui liceat) impia & ſupra modum ſcandaloſa.*

Fol. 80. *quo etiam ſpectant aliæ abſurditates P. Laymanni.*

VII.

pag. 569. n. 24. *quia in hora mortis nimis periculoſa & metuenda, tam ob incurſam tot Cœlitum Fundatorum & Inſtitutorum ſacrorum ordinum indignatio-*

Fol. 84. *Ex hoc Capite Patres tot occupationes rerum Eccleſiaſticarum ſuas ſolari Conſcientias, veriſimile*

Digitized by Google

F. Romani.

gnationem, quam ob injuriam, hac ſententia antiquis ordinibus illatam, quæ ſecum infert obligationem reſtituendi.

Thummermuthus.

ſimile, quando hoſce ſcrupulos moventibus reſpondere ſolent, ſe ſuorum benefactorum Principum facultates & jura non examinare, &c. quia iſta affectata ignorantia lynceos Patres non excuſat, &c. quantò ſanctior Tobias, qui ne de furtivo hædo commederet, etiam de propria uxore dubitavit.

VIII.

pag. 265. n. 24. *hodie in nova lege Patribus Societatis authoribus poteſtas ſit apparitoribus & Carnificum Satellitibus, templa Deo vivo & vero dicata, Chriſtiq́; Domini tremendis myſteriis initiata, inſolenter & ignominioſè invadendi, & innocentes ſanctimoniales violenter extrahendi. Proh dedecus! huic triſtiſſimo & inaudito ſpectaculo caſu intervenerunt, &c. qui Patribus Ieſuitis huiuſmodi grave & infandum facinus tam ſeriò exprobrarunt, &c.*

Eadem acerbius n. 23. ibid. propoſita.

pag. 255. *quin & lac de noſtris vaccis nobis negarunt, & clavem ad horreum in abſentia noſtri Confeſſarij abſtulerunt, eandemq́; ſæpius petitam reſtituere detrectarunt.*

pag. 259. *alterum nomen Ieſu profitentes cum ſuis Satellitibus non Ieſum, ſed veriſimilius Iudæos perſequentes & protrahentes exhibuiſſe.* Et mox *Quibus omnibus ſuppoſitis Societas Ieſu nihilominus noſtra Monaſteria occupare, noſtroſq́; inde eijcere, non ſine præcedente jactu alearum militarium auſa eſt, &c.*

pag. 365. *Ieſuitis in aliena patrimonia abſq́; obice graſſantibus.*

pag.

Fol. 85. 86. *qua Conſcientiâ Patres Societatis occupaverint Cappellenſe & Conventum Franciſcanorum Sigenæ. Tacetur hic de quatuor bonis equis eius, porcis, vaccis, ovibus, cum omni ſupellectili, linea & ſtannea, abſtractis & ablatis, ubi diſcere poterunt, qui Patris Laymanni Convicia laudare vel propugnare voluerint.*

fol.

Digitized by Google

F. ROMANI. THUMMERMUTHS.

IX.

pag. 347. 348. n. 15. *& hanc quidem Cupiditatem dictæ Societatis Succeſſibus potius accendi experiamur quàm extingui, ut jam pro dote unius Collegij, non ſufficiant, unius tranſlati Monaſterij reditus, ſed dua, tres, quatuor, aut plures petantur Abbatiæ, inſuper & Eccleſia Collegiata, &c.*

pag. 567. n. 1. *quia contrariatur communi fidelium ſenſui, & pijs auribus Chriſtianorum.*

pag. 568. n. 3. *quia nova & hactenus in Eccleſia inaudita.*

pag. 569. n. 21. *quia ſtruit inſidias omnibus Monaſteriis deſtitutis, non ſolum in Germania, ſed & in Gallia, Anglia, Hybernia, Scotia, Polonia, Hungaria, Dania, Suecia, totoq; orbe Chriſtiano.*

pag. 547. *Væ autem modo peregrinis, infirmis, ſenibus, pauperibus, Orphanis, & viduis, quorum hoſpitalibus N. jam etiam inſidias ad maiorem, ut prætendit, Dei gloriam ſtruere incipit.*

pag. 568. n. 12. *quia adeo diſcrepat à recta ratione, ut etiam Acatholici Dd. contrarium tueantur. Aul. n. 36. Hort. allegat. 439.*

Ibid. n. 19. *quia trahit poſt ſe, in favorem hæreticorum & gentilium, extinctionem Epiſcopatuum & monaſteriorum, bonorumq; Eccleſiaſticorum etiam erga Eccleſiam univerſalem, in Aſia, Africa, cæteriſq; partibus orbis, &c.*

pag. 445. n. 23. *pallium iſtud ſcriptoribus Societatis cum Hæreticis commune eſt, quo ſe tegunt. Nam idipſum & hi clamant, ne Monaſteria iniquè rapuiſſe ac detinere videantur. Heu quo devenimus!*

fol. 87. *Sed nec ſic quidem Cupiditas expleri potuit, conſulantur jam omnes totius mundi Iuris Conſulti, Theologi, Curialiſtæ, Caſuiſtæ, Cauteliſtæ, ut videant, ſi ullum excogitare poſſint alexipharmacum, quo tot vulnera, vel aliquo Iuſtitiæ fuco tegere queant, niſi dicatur, bona Eccleſiaſtica eſſe & manere eius naturæ, cuius fuit olim terra promiſſionis.* Deut. 11. Ioſu. 1. *ut omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit, ita ut omnia ſint, &c. omnibus ſuperioribus manualia, modo dicantur, ad majorem Dei gloriam melius applicari, quod Patribus plerumque in ore eſſe ſolet.*

Digitized by Google

Hæc ſi conferantur cum iis, quæ à Domino *Wernero Thummermuth*, à *R.* Romano *ſub allegat.* 477. *in Concordatis Germaniæ n.* 2. *pag.* 339. laudato, quondam contra Societatem obmota ſunt, invenientur vel gemina vel æqualia vel etiam graviora eſſe, ut proinde eandem ſaltem mereantur ſententiam, quæ lata fuit in ſupra recitata cauſa D. *Framigij* Kochs contra Societatem agitata, cum de ſimilibus idem ſit judicium *l. fin. ubi* Salicet. *C. de Conſtit. per c. inter Corporalia, de tranſact. c. de multâ. in* gloſſ. *in verb. idem in perſonalibus de preb. c. cum dilecta. de confirm.* vel certè ſi id, de quo minus ineſſe videtur, &c. ineſt, & id, de quo magis. Everhard. *à Minor. nu.* 1 *per l. fin. junct.* gloſſ. & ibi Ioan. de Platea. *C. qui ætate & profeſſ. lib.* 10. *& c. cum in cunctis in pr. & ibi* gloſſ. Ioan. Andr. Panorm. Io. de Imol. *de Elect.*

Sententia verò interlocutoria ſeu Decretum ſuper iis, quæ ſuperius allegata ſunt, fuit à Domino Officiali Colonienſi latum. 20. Martij 1637. uti acta judicialia referunt.

Anno à nato Chriſto milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo, &c. Veneris
» *Vigeſima ſæpe fati Menſis Martij in judicio Adenevver & Latomo hinc inde*
» *partium Procuratoribus denuo uti alias ſupra inſtantibus, & ex adverſo actis ſuis*
» *præſentatis juſtitiam adminiſtrari petentibus, Admodum Reverendus Dominus*
» *Officialis in cauſa interlocutus fuit, prout in ſcedula mihi Notario Cauſæ extra-*
» *dita continetur.*

Tenor Decreti.

In cauſa D. Framigij Kochs *Canonici Noveſienſis ex una, contra Reverendos Patres Societatis Ieſu Collegij ſive reſidentiæ ibidem, pro Colonis ſive Pachtarijs in actis nominatis intervenientes, examinatis actis, & ſignanter ex parte Actoris exhibitis productis omnia & ſingula Convicia, ſugillationes, verba injurioſa, juxta Catalogum probrorum & Contumeliarum, ſecunda Menſis Iunij ſuperiori anno exhibitum, ab actis & prothocollo rejcimus, & per cauſæ Notarium ex productis expungi, nec non ab eiuſmodi & ſimilibus Calumniis & Cavillationibus impoſterum abſtineri, neq; per Procuratorem exhiberi ſub pœna arbitraria mandamus. Inſuper modernum Advocatum Actoris Nobis ad partem nominari mandamus informatione ſuper ipſius legalitate prævia fiet ſuper hinc inde petitis quod juris, &c.*

Hoc Decretum Dominus Officialis vel juſtè tulit vel injuſtè. Non certè injuſtè, quia pro juſtitiâ Decreti præſumitur, quando Iudex Doctus, peritus, bonæ Conſcientiæ, in jure & facto bene inſtructus, poſt plenam Cauſæ cognitionem aliquid decrevit. Menoch. *d. lib.* 2. *præſumpt.* 67. *n.* 22. *per l. Herennius. §. Gaia. & ibi* Gotofred. & alij Dd. *ff. de evict. &* Dd. *à Menoch. cit.*

Quod:

Digitized by Google

Quod ſi igitur *juſtè* illud decretum D. Officialis tulit, videant illi, qui aſſerere & ſcripto evulgare ſunt auſi, ac cenſere ſupra repetita convicia, ſugillationes, verba injurioſa, & calumnioſa ſimileſq; Calumnias ac Cavillationes non bonis moribus repugnare.

Porrò quando Octavus ex ſupra allegatis Doctoribus hortum ſolum approbantibus aſſerit in Eclipſi meras horti lappagines, nimirum *trecentas ſexaginta ſeptem falſas allegationes prodi*, Videtur ſiniſtris F. Romani informationibus abreptus eſſe, nec enim mihi perſuadeo, tantum virum, ſi Doctores omnes vidiſſet, inſpexiſſet, legiſſet, atque examinaſſet, in gratiam unius hominis, contra apertam veritatem & legalia Doctorum inſtrumenta ſubſcripturum unquam fuiſſe. *Reſpondetur ad Dd. approbationes.*

Deinde notandum eſt, quòd hic Doctor à F. Romano ſeductus nudè hortum, qui *allegationes* 367. duntaxat continet, non verò Aulam, nec horti Confinia, nec Aulæa ipſius approbarit.

Denique ſecundus, quartus ſupra citati approbatores Aulæ & Horti quando aſſerunt, in d. Aula & horto doctè *jucundè & ſolidè probari fragilia eſſe Eclipſeos fundamenta, diſcurſus debiles & inefficaces, &c. & quicquid ad aſtrum obſcurandum aſſumptum fuerat*; videntur id gratis aſſerere, ac Calamos ſuos debiles in puteum F. Romani exſuccidum *alleg.* 112. intinxiſſe, ubi cum ad arefactum, fundum inflecterentur ipſi perſuaſi exiſtimarunt, ſe F. Romani attingere fundamenta, ad quæ illorum Calami inflecterentur, cum tamen nihil ſucci in iis reperiretur, quo Eclipſeos argumenta diluerentur, uti F. Romanus ipſis contrarius *allegat.* 508. *num.* 7. apertè fatetur, *ſe id ne quidem conatum fuiſſe, nedum attigiſſe. Non fuit autem*, inquiens, *mei propoſiti, per hunc hortum reſpondere Cruſio in cauſa Principali, ſive NB.* ARGUMENTA CONTRA *me propoſita ex inſtituto reſumere, & ordine refutare.* « *Cum nondum euſq; devenerimus. Sed intentionis meæ fuit, ſupradictas quingentas octo falſas allegationes Cruſio per modum exceptionis duntaxat in judicio* « *prudentis lectoris objicere. quibus niſi inductâ ſpongia ſe debitè purgaverit & legitimaverit, fatebitur ſe nihil contra me, tot falſationibus & exorbitantiis probaſſe, adeoque aſtri inextincti fulgorem nullo deliquio vel Eclipſi obſcuratum unquam fuiſſe: Actore ſiquidem non probante, reus etſi nihil petat, debet abſolvi.* Rota. *deciſ.* 3. *de jud. in nov. & deciſ.* 6. *n.* 1. *de V. S. in antiq. Si verò ad omnes has meus exceptiones, nulla excepta, reſpondendo mihi & lectori veritatis amanti ſatisfecerit, tum demum volente Deo, in cauſa noſtra principali ſimul ulterius progrediemur.* Hæc F. Romanus. Ut proinde erroneus ſit contrarius Approbantium calamus, qui ex pumice aquam ſe expreſſiſſe aſſerebat. *F. Romanus Dd. approbantibus contrariatur.*

F. Romanus autem ſciat vel diſcat, poſt rem judicatam non eſſe amplius locum diſceptationi *l. Iulianus.* 3. *l. ſi quis.* 7. *§. & generaliter. ff. de except. rei jud. §. Idem ſi in judicio. Inſt. de except. c.* 1. *de lit. Conteſt. in* 6. obſtante *Poſt rem judicatam F. Romanus fruſtra diſceptat.*

 exceptio-

exceptione rei judicatæ, quæ eſt litis finitæ *l. ſingulis, 6. ff. de except. rei judic.* Videatur Dornſperg. *in Syntag. probat. except. lib. 2. part. 2. cap. 32. in prin.* Sed ad ipſam executionem eſſe procedendum. *l.* 2. 3. 8. *C. de Execut. rei jud.* Proinde ipſe cum ſuis Doctoribus conquieſcat, & ſanctæ Juſtitiæ Tribunal, quod in ea cauſa pronunciavit, veneretur atq; adoret, eiuſq; ſententiam in omnibus complectatur.

CAP. III.

Quid de jactatâ Vniverſitatis Viennenſis approbatione: Aſtri & reprobatione Lavandæ ſit æſtimandum?

Commenta Hayana.

1. F. Romanus cum Aſtrum ſuum ex Officinâ Sangiorgianâ in aliena ditione & diœceſi ſine ordinarij conſenſu & approbatione evulgaſſet, ut ſeſe ab objectis *in Eclipſis præfatione n.7. & ſeqq.* Conciliis Lateranenſi & Tri- » dentino, *quibus prohibentur libri ſine ordinarij conſenſu in publicum edi*, citiſſi- » mè expediret, *allegat.* 506. 507. 508. *n.* 5. tradit, *Lateranenſe Concilium quod* » *attinet, eius cenſuras, quoad impreſſionem librorum non eſſe receptas*, uti docet » Vincent. Filiucius è Societate Ieſu. *tract.* 14. *&* 4. *de cenſuris in particulari. c.*

Ex Filiucio. » *6. num.* 83. Addítq; idem *ex Filiucio Decretum Concilij Lateranenſis à Concilio* » *Trid. ſeſſ.* 4. *eſſe ferè innovatum cum* LIMITATIONE *quoad libros tractantes de* » *rebus ſacris, hoc eſt, de rebus fidem & ſacram Scripturam concernentibus, qualis* » *non fuit Aſtrum inextinctum.* Hæc ipſe. Unde aſſerit, *n.* 6. quod ego falsò illa » Concilia allegaverim.

2. Deinde F. Romanus *in præfatione ad lectorem n.* 2. *&* 3. *pag.* 3. aſſerit, *Aſtro jam edito, plures Vniverſitates Catholicas acceſſiſſe, quarum judicia ſervato temporum conceſſionis ordine nunc ſubijciat, ne quid à benevolo lectore, quod è re ſit, meritò deſideretur.* Inprimis autem iſtuc refert aſſertam quandam approbationem Vniverſitatis *Viennenſis in Auſtriâ*, 14. *Novembr.* 1640. quâ Magnificus *D. Leonardus Mylgießer* Philoſoph. ac Medicinæ Doctor, pro tempore Vniverſitatis Viennenſis Auſtriæ Rector, ſub manu propria teſtatur, » *Aſtrum inextinctum à certis ſuper hoc ab ipſo & Conſiſtorio d. Vniverſitatis de-* » *putatis SS. Theologiæ & Iuriſprudentiæ Doctoribus ac Profeſſoribus Ordinariis* » *ac primariis omni ſtudio, labore, & diligentia, lectum, viſum & reviſum, atq; ex* » *eorundem relatione approbatum fuiſſe.*

3. » Tum *in horti appendice paradoxo* 30. *n.* 54. *& ſeqq.* tradit, *Eugenium La-* » *vandam, hominem indoctiſſimum eſſe ab Academia Viennenſ. Rectore Magnifico* » *& venerabili Conſiſtorio ad petitionem F. Romani Hay per certos tam ex facultate* » *Theologica, quàm Iuridica deputatos Dominos Commiſſarios reviſum,* 10. *Sept.* » 1640. *condemnatum ac proſcriptum, quòd contra Concilia Oecumenica Latera-* » *nenſe & Trident. ſeſſ.* 4. *tum S. R. Imperij Conſtitutiones an.* 1530. *factas prodierit,*

Quin.

Digitized by Google

Quin etiam has cauſas proſcripti Lavandæ ſubjicit; 1 *quod nullius auctoris* "
verum nomen appreſſum contineat, contra ac docet Bonacina *de Excomm. in* "
particulari extra Bullam Cœnæ, diſp. 2. punct. 16. n. 9. 2. De inde *quod nulla ejus* "
ſuperiorum vel ullius Ordinarii approbatio juxta requiſitionem modo nominato- "
rum Conciliorum. 3. Nec ullus impreſſionis locus additur. 4. Nullius Typographi "
nomen adjectum exprimatur. 5. Denique quod nihil præter Convitia & Scommata "
in ſe complectatur, adeoque bonis moribus adverſetur paradoxo 30. *n.* 63. 66. 67. 69. "
70. *Et licet ipſi Eugenio Ambſtelodami recuſo præfixum ſit privilegium ac reſcri-* "
ptum Cæſareum Ratisbonæ 22. *Sept.* 1641. *ſignatum: illud tamen aſſerit ipſe ſub-* "
reptitium, cum in illo impetrantium nomina non exprimantur. 2. Illi nec Imperat- "
tor nec ad ejus mandatum proprium (ut moris eſt) ullus Secretariorum ſubſcripſe- "
rit. 3. Quod hoc privilegium impreſſorium contra ſtylum Curiæ vocetur Decre- "
tum. 4. Quod totus hujus Decreti ſtylus à ſtylo Cancellariæ Imperialis Aulicæ ſit "
alienus. 5. Quod poſt diligentem inquiſitionem ejus nulla còpia in Regiſtratura Cæ- "
ſareâ Latina reperiatur. 6. Quod de eo nulla inveniatur mentio in prothocollis "
Conſilii Imperialis aulici. 7. Quod Domini Conſiliarii Imperiales aulici, Secretarii "
& Prothocolliſtæ ſuper hac re rogati, concorditer reſpondeant, ſe non meminiſſe hu- "
jus impreſſorii in Conſilio aulico unquam mentionem aut propoſitionem factam "
fuiſſe. 8. Quod illa verba, Sacra Cæſ. M. permiſit ac permittit, *Imperatoriâ M.* "
& Cæſareæ Cancellariæ ſtylo, longè ſint inferiora. d. paradoxo 30. *n.* 57. *& n.* 60.

Præterea reſcripta, inquit, *quæ per falſi ſuggeſtionem & veri ſuppreſſionem impetrantur, ſunt ſub: & obreptitia, irrita & inania c.* cum noſtris. de conceſſ. præb *gloſſ. Abb. Inno. & alii* ibidem. c. dicenti 25. q. 2. *gloſſ.* ibid. l. ſi quis obrepſerit ff. ad l. Cornel. de falſ. l. fin. *C.* de diverſ. reſcript. *ipſoque jure ſunt nulla, Lancell.* in l. ſi mihi & tibi de leg. 1. *Fulgoſ.* conſ. 20. *Nevizan.* lib. 6. ſylv. nupt. n. 53: & 54. de comm. opin. *qui pe cum narrativa ſit pars ipſius conceſſionis, Achilles de Graſſ.* deciſ 2. n 3. de proc.

Reſcripta ſub- & obreptitia nullius ſunt valoris.

Jam verò iſtud impreſſorium fuiſſe obtentum per *ſuggeſtionem falſi & ſuppreſſionẽ veri*, vel hinc manifeſtũ evadit. *Quia 1 inter narrata continetur, Sacram Cæſaream Majeſtatem, re per Conſiliarios ſuos Imperiales Aulicos diligenter ac maturè conſiderata, comperiſſe, libellum hunc Eugenii Lavandæ nihil ſanæ doctrinæ, bonis moribus vel legum placitis contrarium continere. Atqui Conſiliarii*
Aulici inter tanta publica Imperii Romani negotia, Ratisbonæ ocium non ha- "
buerunt libellum hunc legendi, ne dum diligenter ac maturè conſiderandi, nec ul- "
lam ejusdem legitimam approbationem viderunt, nec ipſi (etſi legiſſent) dederunt, "
quippe qui librorum Cenſores a ſua Maj. non ſunt deputati: cum neque Imperato- "
ris, neque Conſiliariorum, ſed Theologorum Catholicorum, Univerſitatum & Epi- "
ſcoporum ſit officium, talem de ſana fidei Catholicæ doctrinâ, bonisque moribus cen- "
ſuram ferre. Ideoque de ſtylo Cancellariæ Imperialis Aulicæ ſolet ejusmodi dun- "
taxat Clauſula talibus Impreſſoriis inſeri: Dummodo memoratus liber, nihil in ſe ſcandaloſum aut Orthodoxæ religioni Catholicæ ſacrique Romani Imperii Conſtitutionibus adverſum, vel bonis moribus contrarium contineat.

F. Romanus inſimulat ſ. d. decretum Cæſareum ſub- & obreptionis.

» *Quæ Clauſula, librum Imperator vel Aulicum Conſilium non cenſet, ſed iis, ad*
» *quos pertinet, cenſendum relinquit.* d. paradox. 30. n. 62.
Emergit idit » Et *n.* 63. ſubjicit, *conſtat 2. quod hoc ſchediaſma ab antiquiſſima Viennenſi*
2. » *Univerſitate publico decreto condemnatum & proſcriptum eſſe, tanquam ſacri*
» *Concilii Lateranenſis & Tridentini Decretis, boniſq́; moribus, & Imperialibus*
» *Conſtitutionibus ſive legum placitis contrarium. Concilio Lateranenſi illud con-*
» *trariari in aperto eſt; bonis moribus contravenire quiſquis ſupradictum Catalogũ*
» *ſcommatum perlegerit, facile deprehendet. Conſtitutionibus Imperialibus adver-*
» *ſari liquet ex Comitiis Imperii anno* 1530. *Auguſtæ Vindelic. celebratis. Quæ*
» *eadem in aſſerta ſuppreſſione veri iterum repetit.* n. 68. & n. 66. *Tacto* quod
» Martinus Bonacina *tract. de Excomm. in part. extra Bullam Cœnæ diſp.* 2.
» *punct.* 16. *n* 9. ſoli Theologiæ & juri Pontificio innixus docet; *ſed modo du-*
» *bium eſt,* inquiens, *utrum in imprimendis ejusmodi libris, requiratur nomen*
» *Compoſitoris.* Reſpondetur *affirmativè per ſe loquendo, quia hic eſt proprie au-*
» *thor libri. Ex quo ſequitur, eos non eſſe tutos in Conſcientia, qui ficto & ementito*
» *nomine librum imprimunt, conſequenter in edendis hiſce notis Eugenii Lavan-*
» *dæ coadjutores utriuſque Editionis longè gravius peccarunt, quàm ambo Typo-*
» *graphi, juxta illud Ioann.* 19. propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum
» habet.
» N. 67. *Fuit igitur hæc ad impetrandum reſcriptum Cæſareum pro Lavanda*
3. » *ſuggeſtio falſi, nempe nihil in libello bonis moribus & legum placitis contrarium*
» *contineri. Cui acceſſit* 3. veri ſuppreſſio; *Nam ſi Cæſari vel ſupradicto Imperii*
» *Vice Cancellario, Univerſitatis Viennenſis emanata Cenſura & proſcriptio La-*
» *vandæ, vel ſemel inſinuata fuiſſet, nunquam in contrariam Cenſuram, ejusque*
» *narrata tam facile conſenſiſſent (ſi tamen conſenſiſſe dicendi ſunt, nihil enim tam*
» *contrarium Conſenſui quàm error) Taciturnitas autem eorum, quibus Princeps*
» *non reſcripſiſſet, vitiat reſcriptum, idque efficit nullum. Rot.* deciſ. 32. n. 5. de
» Reſcript. in nov. *Ægid.* deciſ. 698 n. 4. *Felin.* in c. poſtulaſti. n. 1. & in c. ſuper li-
» teris. n. 8. verſ. 1. de reſcript. *Lap.* allegat. 89. n. 6. & alii.
» N. 69. *Sed & illud denique perperam narratum; Tendere videlicet dictum*
4. » *libellum ad authoritatis tam Cæſareæ, quàm Pontificiæ Conſervationem. Nam*
» *falſum eſt, hujusmodi ſcandaloſa ſchediaſmata authoritati Pontificiæ vel Cæſareæ*
» *conſervandæ quicquam inſervire, &c.*
» *Hinc eſt, quod laudatatiſſima Univerſitas Viennenſis in Auſtria etiam alte-*
» *ram editionem nuncupati Eugenii Lavandæ cenſuerit proſcribendam, ut ex ejus-*
» *dem reſolutione & petito Cæſ. Maj. menſe Auguſto anno* 1642. *humillimè oblato*
» *manifeſtum ſit. Eſt autem illud petitum, libellus ſupplex, nomine F. Romani*
» *conceptus,* & per quosdam S. C. Maj. exhibitus, in quo præmiſſis prioribus
» F. Romani allegatis, demum in concluſione hæc afferuntur. *Quia verò*
» *Veſtræ Cæſareæ Maj. approbatio in contrarium Nobis Obicem ponere videtur,*
» *prius id ipſum V. Maj. humillimè inſinuandũ judicavimus, demiſſiſſimè rogantes,*
ut ſu-

Digitized by Google

ut ſuperius allegatos Extractus E. F. clementiſſimè diſpicere dignetur &c. ſperamus, condemnationem noſtram ſuis viribus ſubſiſtere permittet &c. adeoque "
ipſe F. Romanus ſibi contrarius in hiſce verbis concedit, S. C. M. decretum "
pro Lavanda emanaſſe. *Ad quem tamen libellum ſup. licem Sacra Cæſ. Maj. nihil reſpondit.*

Diluuntur F. Romani comment.

Verum quod initio *F. Romanus* exiſtimat, ſe mihi Concilia Lateranenſe & Tridentinum quoad habendum Conſenſum Ordinarii in libro evulgando, (quo ipſemet deſtituitur) urgenti ex Filiuc. ſatisfeciſſe, indeque *jactat, me ea falſo contra ſe allegaſſe*, eſt inanis perſuaſio, propterea quod P. Filiucius *d. loc.* non abſolutè, prout perperam & falſo illum allegat F. Romanus *d. loc.* ſed ſub diſtinctione tradit, quod Concilium Lateranenſe ex Navarr. aliiſque extra urbem non ſit uſu receptum: in Urbe tamen ſervetur, uti ex Indice librorum prohibitorum patet, ubi jubetur, *ut quod in Concilio Lateranenſi ſub* "
Leone X. ſtatutum eſt, ſervetur ſub pœnis & Cenſuris, unde quando P. Filiucius "
in ſenſu compoſito negat, Concilium Lateranenſe extra urbem ſecundum omnem rigorem, videlicet *quoad Cenſuras & pœnas* ſervari, non etiam propterea *in ſenſu diviſo* negat, illud extra urbem obſervari, adeoque F. Romanus *à ſenſu compoſito* ad *ſenſum diviſum* fallaeiter argumentatur. Præterea cum F. Romanus in Aſtro ſuo velit: *ut quod placet Urbi, etiam placeat Orbi*, nec huic diſplicere poſſit ac debeat. *q. 2. n. 38. pag.* 130. rectè contra ipſum F. Romanum, allegatum eſt Concilium Lateranenſe, ut quia in urbe receptum eſt, illique velit orbem ſeſe accommodare debere, etiam ipſe illi ſe habuit aceommodare, niſi indici librorum prohibitorum ſuum Aſtrum velit accenſeri. Deinde R. Bonac. *de Excomm. in particul. extra Bullam Cœnæ diſput. 2. quæſt. 2. punct. 16. propoſ. 2. n. 5.* quod licet tempore Navarri &c. non fuerit Concilium Lateranenſe in uſu: nunc tamen ſecus ſe habeat, ut patet ex *Indice librorum prohibitorum*; Cui etiam conſentit Concilium Tridentinum, niſi quod velit nomen authoris etiam exprimi, quando videlicet liber agit de rebus ſacris. Bonacina *d. loc. n.* 8. qui caſus non eſt noſter, ac proinde illa limitatio *hic fruſtra* contra Lavandam à F. Romano allegatur.

De cenſura P. Valentini Mangionii.

Quin etiam ex deductis *in tractatu 3.* ſatis ſuperque demonſtratum eſt, F. Romano in iſtiuſmodi ſuis aſſertionibus nihil fidei tribuendum: cum & in literis Commendatitiis S. C. M. ac S. R. I. deputatorum legatorum ad Comitia Ratiſponenſia, tam graviter lectorem fefellerit; imò expreſsè contra notoriam veritatem neget, P. Valentini Mangionii Theoricas, ullum Ordinarii conſenſum aut approbationem præ ſe ferre. *allegat. 508. pag.* 427. & neget ſolem in meridie lucere.

De aſſerta approbatione Aſtri per Academiam Viennenſem facta.

Deinde quod aſſerit F. Romanus *malè inſcriptum Aſtrum ſuum ab Academia Viennenſis Conſiſtorio fuiſſe approbatum*, ſi verum eſſet, jam neceſſarium fuiſſet, ut Facultas Theologica Viennæ ſimul ad Conſiſtorium convocata & rogata fuiſſet ſententiam, *per not.* Reſtauri Caſtaldi *de Imperatore q. 79. n. 7.* & Bartholom. Bolognin. *in repet. Auth. habita C. ne filius pro patre. n.* 348. ubi

Digitized by Google

Eadem refellitur

ubi dicit *Collegium prius capitulariter eſſe convocandum quàm quippiam decernatur*; Nunc verò conſtat, quod Viennæ Theologica Facultas non fuerit in pleno Conſiſtorio vel Collegio convocata. Nam id tradunt literæ Ferdinandi *Montegrana Viennâ data 26. Septemb. anno 1640.* quibus conqueruntur Theologi, *ſe neglectos aut præteritos fuiſſe. Egerat*, inquientis,

Ex literis Ferdinandi Montegrana.

„ *anno 1637. F. Romanus* CLAM, *cum Rectore Academico tunc homine ſeculari, cujus*
„ *nomen ſcheda ſuppoſitum eſt, ut Aſtrum ſuum approbaret, ita tamen, ut noſtris*
„ *ea de re prius nihil innoteſceret, formidabat enim merito, ne ſi res ad Faculta-*
„ *tem Theologicam deferretur, in qua & Decanus in Societ. cum majori parte*
„ *membrorum erat, ipſe conſiliis excideret. Fecit Rector quod petitum à ſe fuerat.*
„ *Suppreſſit tamen F. Romanus hanc approbationem ſuam in hoc usque tempus,*
„ *quoutendum ratus opportunitate eadem, qua prius viâ proceſſit, ad condemnan-*
„ *dum Lavandæ libellum,* CLAM *ſcilicet & præterita Facultate Theologicâ, cujus*
„ *eſt judicare de ſimilibus ex antiqua juris poſſeſſione à SS. Pontificibus & Cæſa-*
ribus illi conceſſa &c.

Ioannis Hofferi.

Ante has literas ſcripſerat *P. Iohannes Hofferus* Ser. Principi Chriſtiano VVilhelmo Marchioni Brandenburgico à Confeſſionibus *Vienna 6. Ian. 1640. Aſtrum inextinctum F. Romani Theologicæ Facultati hujus noſtræ Univerſitatis Viennenſis non fuit propoſitum, multo minus ab ea approbatum.*

Guilelmi Lamormaini.

Eodem modo reſpondit *P. Guilelmus Lamormaini* Vienna 27. Auguſt. 1641. *verum eſt*, inquiens, *Aſtrum inextinctum non fuiſſe approbatum à Facultate Theologica, imo illud nunquam fuiſſe exhibitum Decano vel examinatum à Facultate, cujus ſolius eſt tales libros cenſere.*

Ex horum trium teſtimonio liquidò conſtat, quod F. Romani Aſtrum neque à Facultate Theologica Viennenſi, neque ex ejusdem Commiſſione fuerit examinatum, nedum approbatum, ut proinde contraria F. Romani aſſertio verè ſit, uti etiam eſt, ſuppoſititia æſtimanda.

De aſſerta reprobatione Lavanda.

Similis farinæ eſt, quod aſſeritur de *Eugenio Lavanda* ab Academiæ Viennenſis Rectore & Venerabili Conſiſtorio condemnato. Cum ejusmodi aſſerta Condemnatio fuerit clandeſtinè inſtituta, uti ex ſuperioribus *P. Ferdinandi Montegrana* literis *26. Septemb. 1640.* datis videre eſt.

Eodem refellitur ex literis d. Mõtegrana Franciſci Amici.

Idem quoque patet ex literis *P. Franciſci Amici* Græcio. 2. *Ian.* 1641. ad me datis. *Quod ad librum Lavanda attinet*, inquientis, *noſtri nec vocati fuerunt ad Conſilium, certiſſimum eſt, quot autem fuerint è noſtris, qui ad hanc Cenſuram dandam non fuerint vocati, uno verbo, fuerunt omnes noſtri*
„ *ſimul cum Decano Theologiæ, qui nunc erat è noſtris. Fuimus autem è Collegio,*
„ *qui non fuimus vocati ſeptem, nempe noſter P. Rector, Decanus Theologiæ, P.*
„ *Muſart, P. Gualterus Paulus; Ego (* Pater Franciſcus Amicus *) P. Laurentius*
„ *Sengſenſmit. P. Ioan de Caſtilio, è Domo profeſſa præpoſitus* (qui tunc temporis fuit P. Guilelmus Lamormaini.)

Ad

Adhæc *Decanus* Facultatis Theologicæ Viennenſ. contra ejuſmodi aſſertam reprobationem in *ſcripto* 17. *Novembr.* 1640. proteſtatus eſt. Nam ut ſcribit Ferdinandus Montegrana *Viennâ* 2. *Ian.* 1641. *Nuper publico in Conſiſtorio, quo Academicus Rector Magiſtratum depoſiturus, de more petiit authenticari & approbari acta ſua, Decanus Facultatis Theologicæ excepit & proteſtatus eſt contra aliqua ipſius acta, præſertim approbationem & reprobationem ſeu condemnationem aliquorum librorum &c.* Ita vero ſe habet proteſtatio, prout huc ſpectat.

Ex Decani facultatis Theologicæ proteſtatione contraria.

Magnifice Domine Rector & Venerabile Conſiſtorium.

In hoc ultimo Conſiſtorio, quo hac die 17. *Novembr. agitur de actis Magnifici Domini Rectoris, pro meo munere & officio præſenti, nullatenus approbare aut laudare debui ea acta, quæ ſpectant depreſſionem Iuris & Venerationis competentis primæ ac SS. Facultati Theologicæ in hac Univerſitate, ſed contra conqueri & proteſtari. Ea ſunt &c.* 2. *facta cenſura librorum ad Facultatis Theologicæ cenſuram ſpectantium, ut ſub die* 10. *Septembr. non miſſorum ad examen & Cenſuram ſolitam Decani & Facultatis ejusdem, conſequenter ſine juſto Theologorum Facultatis examine in rebus magni momenti &c. unde bonâ totius venerabilis Conſiſtorii veniâ, & ſervata de reliquo debita Magnifico Rectori reverentia, de iisdem conqueror, proteſtor, eademque approbare, aut laudare nullatenus poſſum. Neve impoſterum Decanis Facultatique præjudicent, hoc ſcriptum in acta hujus Conſiſtorii referri omni modo poſtulo.*

Leonardus Bagnus Soc. Ieſu Facultatis
Theologicæ pro tempore Decanus.

Nunc autem ex ſupra adductis conſtat, quod præfatus Rector Magnificus 10. *Septembr. Ann.* 1640. libellum Eugenii Lavandæ præſumpſerit abſque facultatis Theologicæ Conſiſtorio evocato condemnare.

Quin & Reverendiſſimus atque Illuſtriſſimus Epiſcopus Viennenſis literis 10. *Novembr.* 1640. ad Illuſtriſſ. D. Nuncium Apoſtolicum Viennenſem datis teſtatus eſt, ſibi iſtam præſumptam *Lavandæ* reprobationem diſplicere. Nam ita Illuſtr. & Reverend. D. Caſpar Matthæi Nuncius Apoſtolicus Vienn. nunc S.R.E. Cardinalis ad Illuſtr. & Reverend. Dn. Fabium Chiſium Epiſcopum Neritonenſem Sanctiſſimi Dn. tunc Urbani Papæ VIII. nunc Innocentii Papæ X. ad has partes Rhenanas Nuncium, & ad Tractatus pacis Univerſalis Legatum & tandem S.R.E. Cardinalem Ratisbonæ 20. Novemb. reſcripſit.

Ex literis Illuſtriſ. D. Nuncii Apoſtolici Viennenſis, nunc S.R.E. Cardinalis.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Sig. mio Obſervantiſſimo.

In propoſito di quanto ſi Compiace V. S. Illuſtr. Seggiongermi nel pareſſe » delle ſtampe dell aſtro ineſtinto , non poſſe ſe non renderla certa ch' io faro dal' » canto mio, quel' tanto che giudicaro proportionato al' ſentimento de noſtri Sign. » Promiſſe di V. S. Illuſtriſſima alla qual' in tanto nell acchiuſo foglio par- » ticipo cio che in' ia riſpoſto Monſ. Veſcopo de Vienna in queſta part , è replican- » domi altro, non mancaro di mandarlo ſubito à ſua notitia accio poſſa ricever, cer- » teſſa magg. del mio deſiderio di ſervirla. Et à V. S. Illuſtr. bacio viv. le mani. Ra- » tiſbona 20. Novembr. 1640.

ortezza

Devotiſſimo & obſervantiſſimo Ser.
Gaſ. Matthæo Archeveſcopo d' Atene

Monſ. Nunc. Apoſtol. Coloniæ.

Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domnu mihi obſervantiſſime.

Quod ad illud ſpectat, quod Dn. Veſtr. Illuſtr. viſum eſt ſubjungendum de impreſſione Aſtri inextincti, non poſſum quin ipſam certiorem faciam, facturum me ex parte meâ omne id quod judicavero congruum ſenſui Dominorum noſtrorum Patronorum, & Dn. Veſtr. Illuſtr. cum quâ interea in adjuncto folio communico id, quod mihi hac de re reſpondit Dn. Epiſcopus Viennenſis; & ubi aliud acceſſerit, continuò ſignificabo, ut tantò ſit certior, quàm ipſi cupiam ſervire. Et reverentiſſimè oſculor manus Dominationis Veſtr. Illuſtr. Ratisb. 20 Nov. 1640.

Dn. Nuntio Apoſtolico Coloniæ.

Devotiſſimus & obſervantiſſimus Servus
Gaſ. Matth. Archiep. Athen.

Copia di lit. Monſ. Veſc. de Viennâ
A Monſ. Illuſtr. Nunc. Apoſtol. in Germania Vienna
10. Nov. 1640.

» La confidenza ch: Veſtr. Illuſtr. con l' humaniſſima ſua mi demoſtra i' ar- » gumento della mia oſſ. alla quale correſpondendo dico , d' haver havuta notitia » del negotio che V. S. Illuſtr. mi cõmunica nel' punto, ch' io era di artenza per Mo- » ravia in Servitio del Ser. Arciduca Leopoldo, & quanto alla reprobatio ne ſequita » à mio tempo ſenſa mia participatione ne hebbi qualque ſentimento, tutta via in- » tendendo che queſta Univerſita pretende diverſi privilegii uſaro diligenza perve- » nir in cognitione del fondamento di ſimili pretenſioni , & del riportato , con- » forme al mio debito, ne faro diſtincta relatione, à V. S. Illuſtr.

Copia

Copia literarum Domini Epiſcopi Viennenſis ad Illuſtr. Dominum Nuntium Apoſtolicum in Germania Vienna
10. *Novemb.* 1640.

Confidenria quam Dominario Veſtr. Illuſtr. erga me humaniſſimis ſuis litteris demonſtrat, argumenro eſt, quantum ipſi debeam. Cui reſpondeo & dico, rei quam mecũ Illuſtr. Dominatio Veſtr. communicat, notitiam me accepiſſe cum jam jam diſceſſurus eſſem in Moraviam in obſequio Sereniſſimi Archiducis Leopoldi. Quod autem perrinet ad ſecutam deinde meo tempore reprobationem re mecum non communicata, ſenſi inde moleſtiam, nihilominus quia intelligo hanc Univerſitatem vendicare ſibi varia privilegia, conabor inveſtigare fundamentum harum prætenſionum, & quod cognovero, ex debito meo clarè referam ad Dominarionem Veſtr. Illuſtr.

Hactenus Suæ Eminentiæ, ex quibus apparet, Facultatem Theologicam Viennenſem nec in Aſtri approbationem, nec in reprobationem Lavandæ conſenſiſſe.

Qua de re ubi informata fuit S. C. M. curavit eam per Deputatos Conſiliarios ſuos Imperiales Aulicos diligenter ac maturè conſiderari atque expendi, randemque per Theologos alioſque deprehendit, Eugenium Lavandam comprobatum, quo intellecto, ſuam S.C.M. inrerpoſuit authoritatem, ac præſens pro Eugenio Lavanda contra clanculariòs reprobatores tulit Decrerum. *Ex ipſomet Cæſareo decreto.*

“ *Cum S. C. M. Dominus noſter Clementiſſimus re per Deputatos Conſiliarios ſuos Imperiales Aulicos diligenter ac maturè conſiderata, comperit, libellum hoc titulo inſcriptum*: Eugenii Lavanda Ninivenſis Notæ Aſtrum inextinctum Fratris Romani Hay radiis ſuis interſtinguentes: *non ſolum nihil ſanæ doctrinæ, bonis moribus, vel legum placitis contrarium, ſed potius juſtam defenſionem doctrinæ circa translationem bonorum quorundam Eccl·ſiaſticorum ab aliis in alios religioſos factam, à P. Paulo Laymanno Soc. Ieſu Theologo tradita continere; tendere quoque ad authoritatis tam Cæſareæ quàm Pontificiæ conſervationem, benignè permiſit, atque permittit, ut is libellus publicè edatur ac divendatur. Hujus decreti vi, quod ſignabatur Ratisbonæ in Cancellaria Imperiali Aulica ſub ſigillo dictæ S.C.M. Secreto die vigeſima ſecunda Septembris, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo.*

Vidit L. S. Imp.
Ferdinandus Comes Curtius

Ioan VValderode.
m.p.

D a Hoc

Digitized by Google

Defenditur ab inſimulata ſub & obreptione. Hoc autem Decretum cum ſit ab Illuſtr. Ferdinando Comite Curtio Vice-Cancellario & Secretariorum aliquo, nempe D. Joanne Walderode ſubſcriptum prout ex exemplari mecum ex Aula Cæſarea ſub Sigillo Cæſareo communicato patet, nihil eſt, quod illud F. Romanus ex *fictitiis quibusdam commentis*, velit *ſub & obreptionis* arguere, cùm S. Cæſ. Maj. etiam à fautoribus F. Romani menſe *Auguſto anno* 1642. propter d. Decreti Lavandam approbantis irritationem implorata, illud non irritarit, adeoque quod non correxit, in ſuo vigore perſtiterit, atque etiamnum perſiſtat. *l. ſancimus C. de teſtam. l. præcipimus C. de appell. c. cum expediat. de Elect. in* 6.

Errores F. Romani. Atque hinc conſtat 1. F. Romanum *aberrare*, quando decreti hujus Cæſarei appellationem, carpit, & in aliud transformat, putatque eſſe reſcriptum impreſſorium 2. fallere & falli F. Romanum, quando aſſerit, d. decretum à deputatis (quod nomen videtur ipſe ſtudioſè omittere, ut facilius decipiat) Conſiliariis Imper. aulicis non formatum eſſe, imò nec formari potuiſſe, ob publica, quæ in Comitiis Ratisponenſibus tractabantur, negotia; quia licet iis occuparentur DD. Conſiliarii; poterant tamen aliqui ex iis deputati cum Conſilio Theologorum iſtic præſentium exiguum Lavandæ opus, quod ſchediaſma vocat Romanus, examinare, ac deſuper S. C. M. referre, qua relatione accepta, S. C. Maj. ſupra recitatum contra præſumptam clancularium quorundam Doctorum Viennenſium reprobationem viâ juſtitiæ tulit decretum, quod haud dubiè ab aliis *Reſcriptis gratiæ*, maximè iis quæ dantur typographis & impreſſoribus, debuit eſſe diverſum.

Reſcripta omnia Cæſarea non ſunt ejusdem generis. Et falſum eſt, quod omnia *Reſcripta Cæſarea* ejusdem debeant eſſe ſtyli & formæ, per not. Joan. Baptiſt. Leonell. *de ſubreptione reſcript. quæſt.* 3. *art.* 7. cum pro variis caſibus variè reſcribendum, & ea, quæ de novo emergunt, novo indigeant auxilio *l. quanquam C ſi ſæpius reſt. in integ. poſt l. oratione ff. de fer. l. de ætate ff. de interrogat.* & novis caſibus novæ ſint adaptandæ leges *per l.* 8. *C. de ll.* Videtur F. Romanus eundem Calceum omni pedi induere velle.

Ad hæc vox, *permittere*, non eſt indigna Imperatore, ſecus ac F. Romanus exiſtimat *per text. in* §. *quibus ſpecialiter* permiſimus *C. de nov. Cod. fac.* Unde patet, quanta ſit F. Romani argutiarum nullitas & inanitas.

Ad Concilia in contrarium allata reſpondetur. Quod verò identidem regerunt F. Romanus, ipſiuſque fautores, quaſi Lavanda contra Oecumenica *Concilia, Conſtitutionem* Imperii &c. in lucem prodierit, ſunt meri λόγοι, ſiquidem non ppus eſt, ut in libris impreſſis, qui de ſacris non tractant, proprium nomen auctoris præfigatur, Bonac. *de Excomm. particul. extra Bullam Cœnæ diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 16. *n.* 8. cum ſæpe id ex humilitate vel alia juſta de cauſa taceatur, ut in Idiota patet &c. Nec opus 3. ut in libris impreſſis nomi-

ex Bonacin.

Digitized by Google

nominatim exprimantur *nomina ſuperiorum approbantium*, ſed ſufficit, ſi *hac vel aquivollenti forma* typographus utatur, *de licentia ſuperiorum*, atq; de ipſa in fronte libri appareat. Bonac. *d. diſput. 2. q. 2. punct. 16. propoſ. 3. n. 7.*

Huiuſmodi enim verba F. Romanus in *fronte d. Lavandæ, & juſta Laymanni defenſionis* legere potuiſſet, niſi aliunde ex paſſionum vehementiâ fuiſſet impeditus, vel certè hæc ignoraſſet.

Ad hæc quàm frivolè iſta argumenta ſibi alibi oppoſita, ipſe inter falſas ſuas allegationes computet F. Romanus, patet ex eiuſdem *allegatione* 508. *n.* 5. *& Horti appendice paradox* 1. *& ibidem* allata reſponſione, licet non ſincera, quam tamen prout ex *Filiucio* deſumpta eſt, ego ſinceritati ſuæ reſtitui.

Tradit autem ibidem F. Romanus, quod paradoxa ſit hæc doctrina, præſertim à Theologo & Profeſſore Sacrorum Canonum prolata, quam hic contra Lavandam affert: quodque *Lateranenſe Concilium*, licet *in urbe vigeat*, extra eam tamen non ubique, ſicut nec in Germania ſervetur, nec uſu receptum ſit, teſte Vincent. Filiucio. *tract. 14. & 4. de Cenſuris in partic. c. 6. n.* 83. cui Bonacina non reclamat, cùm ipſe tantum de uſu, qui in Vrbe viget, ex indice doceat, ante quem idem docuerat, non *P. Forerus*, ut perperam aſſerit F. Romanus *q. 2. n.* 38. Sed Navarrus. *lib. 5 Conſ. tit. de ſent. excomm. Conſ. 11. per tot*, relato à Stephano d' Alvin. *in tract de Epiſcop. Abbat. Abbatiſſ. poteſt. cap 28 fol. 175 pag. 2. & ſeqq.* *Ex ipſomet F. Romano ſibi contrario.*

Adde, quod extra urbem Decretum Concilii Lateranenſis à Concil. Trident. *Seſſ.* 4. teſte Filiucio ſit ferè innovatum cum LIMITATIONE quoad libros tractantes DE REBUS SACRIS, hoc eſt, (ut explicat utrobique F. Romanus) *de rebus fidei & ſacram Scripturam concernentibus*, quales non ſunt Notæ Eugenii Lavandæ *anno* 1640. impreſſæ; Ita ſibi ſuum dictum reſorbeat F. Romanus, aliàs *Ex Filiuc.*

Turpe eſt Doctori, cùm culpa redarguit ipſum

ac fateatur ſe nihil ex propria oris confeſſione contra Lavandam profeciſſe.

Adhæc Fr. Romanus perperam & falſò Conſtitutionem Imperii anno 1530. Auguſtæ factam allegat. Cum Conſtitutionem anno 1570. Auguſtæ de libris ritè imprimendis factam allegare debuiſſet, quæ tamen Eugenii Lavandæ notis nihil officit. *R. Ad Conſtitutionem Imperii.*

Quod denique *obijcitur*, quaſi liber ille *Lavandæ* nihil aliud præter Scommata in ſe contineret, uti aſſeritur *in allato libello ſupplici S. C. Majeſtati à quibuſdam F. Romani* Fautoribus ex Academia Viennenſi *exhibito*, repugnat notorietati facti & oculari inſpectioni. Quod autem Lavanda *F. Romanum* malè argumentantem atque inferentem reprehendat, non hoc bonis moribus repugnat, ſed *correctionis* eſt, & *Chriſtianæ Charitatis*, tum opus *miſericordiæ*. quod niſi agnoſcat, rudis neceſſe ſit ſui Catechiſmi. Aliàs omnia in *Lavanda* poſita, ſi in hypotheſi, & cum ſuis circumſtantiis, non verò *Quoad aſſerta ſcommata Reſpondetur.*

 nudè:

nude & crude aut ſine ſale & ſucco, cum F. Romano accipiantur, quin ea extra ullam Calumniam ſint accipienda, nullus veritatis amans dubitabit. Vellem ut F. Romanus non frigore in æſtate algeret, ſed igne Charitatis accenſus, illud S. Bernardi *ſerm. 1. de circumciſ. Domini* de Chriſto Domino „ noſtro effatum ſæpius meditaretur, *quod qui peccatum non fecit, non dedigna-* „ *tus eſt ſe peccatorem reputare, nos & eſſe volumus & nolumus æſtimari.* Tum conſideret, utrum Chriſtum imitetur, omnem reſpuendo honorem, vel ſuum ipſe inaniter quærat & affectet etiam ex iis, quibus Societatem, me atque alios ſocios Patres calumnioſè traducat, ſanè ſi ſuos agnoſceret errores, non ægre ferret, quod Lavanda ipſum, quando vel ridicula proponit, vel impoſturis agit, &c. ridiculum Theologum, impoſtorem, &c. appellarit. Deinde ſi de his ipſis appellationibus diſquiratur, utrum Lavanda vel Romanus adverſus bonos mores agat? Non videtur Lavanda ſic agere; quia rem ſecundum omnes Circumſtantias acutè examinat: Romanus verò crudam exinde maſſam duntaxat extrahit, de eâque abſolutè judicat, re totâ non penitus perſpectâ, quod ſane incivile cenſetur & bonis moribus adverſum *per l. incivile ff. de legibus.*

Sed relicto F. Romano eiuſque fautoribus, ad ſaniorem Academiæ Viennenſis partem in hac cauſa noſtra contra F. Romanum appello, nullus dubito, quin ea cum ſummo Pontifice, S. C. Majeſtate ſuo ſupremo capite conſentiat. Cum autem & ſummus Pontifex & S. C. Majeſtas eiuſmodi Monaſteriorum Conventu deſtitutorum aſſociationem alii ordini factam approbent, ac rectam in ſuis Tribunalibus juſtitiæ dijudicent, nemo erit opinor Academicorum Viennenſium, quin rectè ſentientium ſupremorum capitum judicio velut Minervæ calculo non accedat.

CAP. III.

APPENDIX.

Quid de facultate imprimendi Aſtri Theoricas Cenſendum?

Commenta Hayana.

PORRO Fr. Romanus *in horti appendice paradoxo 30. n. 50.* Facultatem admodum R. P. N. Goſvvini Nickels, id temporis Provincialis, nunc verò Generalis Præpoſiti Bibliopolæ D. Hermanno Mylio, P. Valentini Mangionii Theoricas imprimendi datam, ex eo putat ſuppoſititiam eſſe, quod dica- „ tur, *Ego Goſvvinus Nickel, &c. concedo Hermanno Mylio facultatem excuden-* „ *di R. P. Valentini Mangionij Aſtri inextincti Theoricas. In quorum fidem hoc* „ *ei teſtimonium manu noſtra ſubſcriptum & ſigillo munitum dare voluimus.* quæ verba ipſe F. Romanus mutilando & per confuſionem *§. 1. cum 2.* adulterando

Digitized by Google

terando ita reddit; *Ego Goſvvinus teſtimonium manu noſtra dare voluimus*, indeque & R.P. Provincialem ita reprehendit, *qua verborum*, inquiens, *conſtructio. Priſcianum Flagellat*, & demum infert, quod hæcce facultas ſit ſuſpecta. Verum ſyllepticæ illius conſtructionis, quæ in adm. Reverendi Patris noſtri data facultate reperitur, uſus etiam eſt apud Ciceronem *lib. 3. officior.* ubi ait; *Sed quoniam operi inchoato prope tamen abſoluto tanquam faſtigium imponimus, ut Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, ut quædam ſibi concedantur, quò faciliùs quæ velint, explicent, ſic ego poſtulo, mi Cicero, ut mihi concedas, &c.* Rectius ego F. Romano per retorſionem oppoſuero, quod ex allegata per ipſum ratione facultas Reverendiſſimi Domni Abbatis Ochſenhuſani ſit ſuſpecta. Quæ enim hæc conſtructio; Nos Wunibaldus D. G. Abbas librum, &c. à dilecto, &c. F. Romano Hay, &c. compoſita & per plures Theologos lecta & approbata, &c. edi permittimus. Priſcianum hic flagellat, &c.

Deinde quod F. Romanus *ſub allegat. 508. n. 5.* aſſerit, *Theoricas P. Valentini Mangionij Coloniæ anno 1639.* haud ullum ordinarii conſenſum aut approbationem præ ſe ferre, apertè falſum eſt, cum & contrarium ex ipſius rei evidentia conſtet.

CAP. IV.

Quid de Cenſura almæ & Regiæ Vniverſitatis Duacenæ tam de Eclipſi, quam Aſtro ipſo ſit æſtimandum?

ADmodum Reverendi, Eximii, Nobiles & Clariſſimi, tum Theologiæ tum Iuriſprudentiæ Doctores in alma & Regia Vniverſitate Duacena, partim Anno 1639. partim 1640. ſua pro Eclipſi impreſſa hæc dedere ſuffragia.

Quandoquidem conſtat bona privata, publicis cedere debere, & certum ſit ad ſummum Pontificem, omnium bonorum Eccleſiæ diſpoſitionem pertinere, quod hæc Eclipſis à Reverendo P. Ioanne Cruſio ſcripta, liquidè & manifeſtè declarat, nihil in ea aſſeritur, quod injuſtum ſit, & à ſummi Patrisfamilias poteſtate alienum, ſi bona Monaſteriorum emortuorum, quæ jam carent hærede, ad pium & pro tempore magis neceſſarium uſum ſua ſanctitas applicet. Datum Duaci 17. Martij 1640.

Suffragia Almæ Vniverſitatis Duacenæ pro Aſtri Eclipſi.

1.

Georgius Colvenerius S. Theol. Doctor, & ejuſdem Regius, ordinarius ac primarius Profeſſor, Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Præpoſitus, Duacenſis Vniverſitatis Cancellarius & librorum Cenſor.

Eclipſis

Digitized by Google

2. *Eclipſis hæc ſeu deliquium à R.P. Ioanne Cruſio Societatis Ieſu Theologo de-
„ monſtratum, nihil fidei aut bonis moribus adverſum continet, ſed ſummi Pontificis
„ authoritatem, circa Monaſteriorum emortuorum bona, eorumq; diſpoſitionem
„ benè tuetur. Duaci 28. Decembr. 1639.*

Franciſcus Sylvius S. Theologiæ Doctor, eiuſdemq; Regius & ordinarius Profeſſor, ad S. Amati Decanus Vniverſitatiſque Vice-Cancellarius.

3. *Hac aſtri inextincti Eclipſis, authore R. P. Ioanne Cruſio Bremenſi è Socie-
„ tate Ieſu nullatenus obſcurat bonos mores, nec ullam habet oppoſitionem contra fi-
„ dem Orthodoxam, ſed potius ſolidè, clarè ac doctè oſtendit ſummi Pontificis poteſta-
„ tem circa diſpoſitionem bonorum Eccleſiaſticorum, præſertim Monaſteriorum e-
„ mortuorum. Vnde eandem dignam reperi & iudicavi, quæ typis mandetur, ut
„ hac ratione non tantum in noſtro Horizonte, ſed etiam in alio Orbe apud Antipo-
„ das, cum admiratione ab omnibus videatur & conſideretur. Ita cenſui. 22. Febr.
„ 1640. Duaci.*

Theodorus van Coverden S. Theol. Doctor & in alma Vniverſitate Duacena Profeſſor Regius & Ordinarius, ibidemq; inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Canonicus.

Si cuius mentis oculos aſtri inextincti obtutus obnubilavit, & oportunam &
4. *præſtantem Eclipſin, quæ inſtar collirij, quidquid noxium ab illo aſtro eſt, abſtergat,
„ & mentem meliore luce colluſtret. Duaci 11. Mart. 1640.*
„ Nicolaus le Long S. Theol. Doctor ac Regius Profeſſor.

Emori, ut humana cuncta, ita etiam Monaſteria, eorumque iura, clamat
5. *Germania, orbiſque univerſus, ſibi autem meritò gratulatur illa, quòd ſpectatâ
„ Catholicæ Religionis calamitate, in ſpem aſſurgat meliorem, per Paternam Vrbani
„ VIII. Pont. Opt. Maximi providentiam, qua nihil oportunius laboranti Eccleſiæ
„ accidit, cum de bonis eorum olim Monaſteriorum proſpexerit, diſpoſuerit q; opti-
„ mo modo: Declarat id amplius fidelibus oculis res ipſa, quàm poſſit demonſtrare
„ Eclipſis à R. P. Ioanne Cruſio elaborata, quantumvis à luculento auctore publicaq;
„ luce digniſſima. Ita Cenſeo Duaci 15. Martij 1640.*
„ Philippus van der Made S. Theol. Doctor. & Sem. Moul. Præſes.

6. *Aſtri inextincti apparentes argumentorum ſcintillas ita diſcutit hæc Eclip-
„ ſis, eiq; adeo validas & nervoſas ex univerſo Iure petitas rationes opponit, ut deli-
„ quium pati, atq; intermori ipſum neceſſe ſit: Et quia egregiè ſummi Pontificis au-
„ ctoritatem tuetur, non violenta, non contorta, ſed ſecundum regularem clariſſimi
„ Iuris curſum, hominum prorſus digna eſt conſpectu. Duaci 12. Mart. 1640.*

Valentinus Randour S. Theol. Doct. eiuſdemq; Regius ac Ordinarius Profeſſor.

Eclipſis

Digitized by Google

Eclipſis hæc clarè ac dilucidè ſummi Pontificis authoritatem circa Mona- 7.
ſteriorum emortuorum bona demonſtrat; adeo ut omne Aſtri inextincti appa-
rens lumen non tantùm obſcuret, ſed prorſus etiam extinguat. Ita cenſui Duaci
19. Martij 1640.

Martinus Deniis S. Theol. Doctor & Hiſtoriarum Regius ordinariuſque Profeſſor.

Monaſteria emortua cum Religione Orthodoxa, tunc feliciter reviviſcere 8.
experitur magno ſuo bono Germania, cum eorum olim bona ex hæreſeos unguibus
nunc extorta ad erigendas Catholicorum Academias, Collegia & ſeminaria, ſu-
premâ Pontificis poteſtate applicantur: idque per Aſtri inextincti Eclipſin nervo-
sè, clarè ac piè oſtendit R. P. Ioannes Cruſius Societate Ieſu Theologus. Ita cenſeo
Duaci 21, Mart. 1640.

Theodorus van den Broeck S. Theol. Doctor, & Sem. regii Præſes.

Hoc aſtri inextincti deliquium, ita ratione, uti judicio, nec non indefeſſo ſtu- 9.
dio, improbo labore, diligentiâ maxima, ſumma fide, bellè, beneq; demonſtratum à
R. P. Ioanne Cruſio Societatis Ieſu, & à me non ſine admiratione voluptateque le-
ctum & perluſtratum, admodum utiliter & fructuosè typis imprimetur & evul-
gabitur. Ita cenſeo 15. Ianuar. 1640.

Epo Boetius I. V. Doctor & Canonum Profeſſor primarius in Univerſitate Duacena.

Hoc libelli jubare exorto, aſtrum illud inextinctum certè Eclipſim & deli- 10.
quium patitur, ob præfulgidos nimirum ſolidæ Doctrinæ & Veritatis radios, quibus
hoc illi ſupereminet ac tenebras offundit. Duaci 1. Mart. 1640.

Simon Nepueu I. V. Doctor ac Civilis regius primariuſque Profeſſor.

Hic liber ſanctiſſimæ ſedis Apoſtolicæ poteſtatis, ſacrorum Canonum, Civi- 11.
lium legum, Novellarum, Iuſtiniani Imperatoris Conſtitutionum, feudalis uſus,
diverſorum exemplorum, ſolidarum rationem, ſubtilium argumentorum, ſenten-
tiarum Authoris, aliorumq; etiam utriuſq; Iuriſperitorum, conſpicuo lumine, mi-
rificoq; ſplendore plurimum illuſtratur, ac per eum adverſarius Eclipſim patitur.
Duaci 6. Mart. 1640.

Hugo Hanedouche I. V. Doctor ac Regius ordinariuſque Profeſſor.

Aſtri inextincti Eclipſim à R. P. Ioanne Cruſio Bremenſi è Societate Ieſu de- 12.
monſtratam, quâ potui diligentiâ, perlegi: opus certe clariſſimum, auctore di-
gnum judico: in quo quid maxime excellat vix video, perſpicuitaſne doctrinæ, di-
ſpoſitio rerum, eruditio multa, an maturum judicium? omnia inter ſe pari conten-

Digitized by Google

» *tione certantia. Publico igitur bono typis excuſum,poteſt ac debet in lucem abire.*
» *Duaci* 12. *Ian*, 1640.

Georgius de Spira I. V. D. ac Pandectarum Profeſſor Regius Ordinarius.

13. *Catholicæ Religioni per Germaniam reſtituendæ, ſacroq; Imperio, divina*
„ *ratione conſuluiſſe Pontificem maximum,& ſanctam de propaganda fide Congre-*
„ *gationem,quando Monaſteriorum bona juraq; ad Apoſtolicam ſedem devoluta,*
„ *procul dubio,ad Collegia & Seminaria dotanda tranſtulit, præclarè demonſtrat*
„ *hoc libro R. P. Ioannes Cruſius primæ eruditionis Theologus ac Iuris Divini peri-*
„ *tiſſimus, ut de illis bonis dici poſſit tritum illud:* perierant, ni periiſſent. *Ita*
„ *Cenſeo. Duaci* 18. *Mart.* 1640.

Petrus Honorè I. V. Doctor, eiuſdemque Regius Ordinariuſq; Profeſſor.

14. *Liber hic conformiter rationi ac pietati demonſtrat, Monaſteria emori,bona*
„ *eorum ac jura ad Dei Vicarium recidere,eumque meliore modo de iis diſpoſuiſſe,*
„ *Auctor proinde illius de Apoſtolica Sede & Catholica fide ex æquo bene meritus eſt.*
„ *Ita Cenſeo Duaci.* 21. *Mart.* 1640.

Philippus Crametius I. V. Doctor.

15. *Aſtri inextincti Eclipſis à R.P. Ioanne Cruſio Bremenſi Societatis Ieſu,acu-*
„ *tè,graviter & eruditè demonſtrata, in qua clarè & nervosè argumenta adverſa-*
„ *riy refutat, & demonſtrat, ſummum Pontificem eſſe legitimum diſpenſatorem bo-*
„ *norum Eccleſiaſticorum, præſertim Monaſteriorum emortuorum, eaq; poſſe in*
„ *Seminaria & Collegia convertere, nihil orthodoxæ fidei, Eccleſiæ Romanæ, boniſ-*
„ *ve moribus contrarium continet,ſed potius amplam pietatis,eruditionis,& doctri-*
„ *næ ſupellectilem complectitur. Ideoq; ut typis liber mandetur,multorumq; ma-*
„ *nibus conteratur,ad majus Reipub. bonum,& Eccleſiæ augmentum,utilitatemq;,*
„ *Catholicæ fides ſuadet. Duaci* 17. *Mart.* 1640.

Hubertus Toſſanus I. V. Doctor & Regius extraordinarius Profeſſor.

Hæ approbationum Eximiorum & Clariſſimorum Doctorum copiæ concordant cum originalibus, quod teſtor Almæ huius Vniverſitatis Notarius hac ſexta Maij 1640.

Martinus Horrien Notarius.

Hæc ſuffragia Sereniſſimi Principis Domini Chriſtiani Wilhelmi Marchionis Brandenburgici plauſum tulerunt; Nam Serenitas ſua ita Clementiſſimè ad *me* 29. *Auguſti* 1640. *Viennâ datis literis* gratiarum fluminibus plenis ſcribit, atque Eximios & Clariſſimos dominos Doctores Almæ Vniverſitatis

Digitized by Google

ſitatis Duacenſis, collaudat, quorum laus & præconium tam celſum & ſublime haud unquam intermoritur. Ita verò literæ ſe habent.

CHRISTIANVS GVILHELMVS

Marchio Brandenburgenſis, Boruſſiæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, & Vandalorum, in Sileſia, Croſnæ & Iägerndorffii Dux. Burggravius Norbergenſis & Princeps Rugiæ.

Diuturna hucuſq; nobis à Reverent. veſtra præſtita benevolentiæ documenta, quæ imprimis in promotione ſcripti noſtri apologetici ad Typographiam Colonienſem Nobis comprobavit, fecerunt, ut grato id animo recolentes præſentes haſce ad eandem deſtinaremus. Et quamvis abunde Reverentiæ veſtræ animus ad gratificandum Nobis exinde apparuerit, tamen non deſiit humanitate ſua Nos ulterius provocare, cùm librum, quem pro Romani Pontificis poteſtate in materia Monaſteriorum emortuorum edidit, nobis ſuperioribus diebus tranſmiſit: pro quo libro, utpote nobis gratiſſimo Reverentiæ Veſtræ ſingulares agimus gratias; Incidimus autem obiter in ſuffragia & approbationes Academiæ Duacenæ, quas legimus & admirati ſumus; Ex quibus quanti Reverentiæ Veſtræ labor æſtimandus ſit, ſatis ſuperq; conſtat; ſane cum eas legeremus, ſingulari gaudio & Conſolatione Nos eſſe perfuſos, non poſſumus negare, illo maximè ex capite, quod videremus non deeſſe viros cordatos, qui quod Reverentia Veſtra ſuiq; Inſtituti ſanctiſſimi aſſeclæ plurimi lucubrationibus ſuis in lucem editis, mundo teſtatum fecerunt, de Sedis Apoſtolicæ authoritate & bene ſentiunt, & quod ſentiunt, Calculo & voce maſculè propugnare non erubeſcunt. Et quidem quod attinet præfata Academiæ ſuffragia, non dubitamus, quin ſicuti veritati ſunt conformia, ita ædificationi lectoris cuiuſvis ſint profutura, & Catholicis quidem ea diſplicere nequeunt, cum neminem magis, quam Catholicum Virum deceat, Capitis ſui & Paſtoris venerari Canitiem, admirari authoritatem. Sed nec hæreticæ pravitatis hac res deſtituitur calculo, quæ quod piis ſolidiſq; fundamentis hanc veritatem Catholici propugnent, illo argumento fateri cogitur, quod talia legendo, dentibus ſuis fremat & tabeſcat. Rogamus Divinam Majeſtatem ut hanc ſui in terris Vicarij Poteſtatem conſervare, & omnibus, qui eam ignorant, manifeſtam reddere dignetur, in Eccleſiæ dilatationem, & (quibus hæc poteſtas ſudes eſt in oculo) hæreticorum confuſionem. Reverentiæ Veſtræ precibus & ſanctis ſacrificiis Nos impensè commendantes, & ſicubi illi & toti Societati laudatiſſimæ ſervire poſſumus, tanto libentius in id incumbemus, quantò magis eidem Nos obligatos profitemur. Data Viennæ 29. Auguſti anno 1640.

Reverentiæ Veſtræ

L. S. *Optimè affectus*

Chriſtianus Guilhelmus Marchio Brandenburgicus Boruſſiæ Dux. m. ppria.

Inſcriptio

Digitized by Google

Reverendo & Venerabili Nobis dilecto Patri Ioanni Cruſio Societatis Ieſu Sacerdoti.

Coloniæ.

Commenta Hayana I.

F. *Romanus* ut vidit Aſtri Eclipſim à Dn. Doctoribus Almæ Vniverſitatis Duacenæ commendari, exiſtimavit, ſuis obſtrui luminibus; quare in *præfatione ſuâ ſub n. 9. pag. 15. & 16.* multis probroſorum verborum ampullis
„ lectori perſuadere conatur, *Doctores Duacenſes clandeſtinis ſollicitatorum*
„ *meorum cuniculis circumventos aberraſſe, quando Aſtri Eclipſin approbarunt,*
„ *quod authorem Aſtri, velut hæreticum ſibi denigratum accepiſſent, idque ex re-*
„ *ſponſo 17. Martij 1641. Duaco ſibi dato nititur comprobare,* in quo ſcribitur.
„ *Vnum eſt, quod omittere non poſſum, ſcilicet, quoſdam ex ſupradictis Doctoribus*
„ *Theologiæ, Nobis expreſsè dixiſſe, ſe in fide ſui Sacerdotij, nunquam aliter putaſſe,*
„ *quando Cruſium approbarunt, quàm quod Aſtri inextincti author fuiſſet hæreti-*
„ *cus, contra quem Cruſius ſcripſiſſet ſuam Eclipſin, & idcirco ſe omnino deceptos fu-*
„ *iſſe;* Adjungit F. Romanus, *aliter nimirum Cruſiani ſollicitatores, de tam effi-*
„ *cacibus Duacenſium Doctorum approbationibus & Elogiis pro Eclipſi obti-*
„ *nendis, animum deſpondiſſent, niſi auctorem Aſtri, velut hæreticum deni-*
„ *graſſent.*

Diluuntur.

Verum aliena jacis F. Romane, non ita lectori palpum obtrudes, ut evadas. Ad januam & primas lineas Eclipſeos redi, ſaluta frontiſpicium, in eo invenies, Aſtro à Gaſpare Scioppio & F. Romano Hay Benedictino per orbem jam evulgato Eclipſin oppoſitam in menſe 7bri Anno 1639. prodiiſſe, cui in menſe demum Decembri eiuſdem anni 1639. admodum Reverendus & *Eximius D. Franciſcus* Sylvius SS. Theologiæ Doctor ad S. Amati Decanus, Vniverſitatiſque Vice Cancellarius, ac reliqui Doctores omnes & ſinguli Anno 1640. ſequenti ſuos calculos addiderunt, quos certè exoculatos cum F. Romano fingere, per quam foret abſurdum; ut quando ipſi in frontiſpicio, atq; in ipſa dedicatione legerunt, F. Romanum Hay Benedictinum pro Ordine ſuo Benedictino fervere, apprehenderent, eum hæreticum, aut talem ſibi depictum & denigratum eſſe. Apage ſis cum eiuſmodi næniis. Longè aliter ipſi admodum Reverendi, Eximij, Nobiles ac Clariſſimi Domini Doctores ſenſerunt, prout ex eorundem propria confeſſione & atteſtatione palam facio, quo quiſq; videat, quàm F. Romanus lectori imponat, falſiſq; utatur teſtimoniis. Ita verò Dn. Doctores Duaceni atteſtantur.

Ex atteſtatione Dominorũ Doctorum Franciſci Sylvii & Valentini Randour.

Nos infraſcripti, cum rogemur à viris, quorum intereſt, an ineunte anno 1640. quando Eclipſin Aſtri inextincti ſuffragiis luculentis approbavimus, crediderimus aut credere nos dixerimus, auctorem Aſtri inextincti (ſcilicet F. Romanum Hayum Benedictini Ordinis) eſſe hæreticũ, contra quem P. Cruſius è Societ. Ieſu ſcripſiſſet ſuam Eclipſin, an etiam dixerimus, in fide noſtri Sacerdotij aſſerere
„ *poſſe, ex eo errore nos omnino deceptos fuiſſe in dandis iſtiuſmodi approbatio-*
„ *nibus: Non poſſumus non atteſtari fide publicâ etiam tunc nos agnoviſſe*

liquidò

Digitized by Google

liquido, auctorem Aſtri inextincti eſſe ſacerdotem, Catholicum ac Religioſum qui ordinis ſui jura tueri conabatur, NEC IN EA RE AUT DANDIS IIS SUFFRAGIIS ULLO MODO FUISSE DECEPTOS, *ſed ex ſincero ſtudio favendi Apoſtolicæ, ac Cæſareæ poteſtati, hujuſmodi ſuffragia deliberatione præmatura liberrimè tradidiſſe. Nec poſſumus fidem non facere, quod poſtea exhibito nobis P. Romani aſtro inextincto, ipſum* EATENUS *approbavimus, quatenus eidem Pontificiæ ac Cæſ. auctoritati nihil derogare liber viſus eſt, proinde data prius pro Eclipſi ſuffragia minimè revocaverimus, ſed etiam per Aſtri approbationem integra & illæſa perſtare voluerimus, ac ſi fieri potuiſſes Religioſos inter ſe ordines ita conciliare, ut certa integraque conſtaret authoritas Pontificia ac Cæſ. quam ſemper tueri, ubi manifeſta eſt ratio, huic Univerſitati propoſitum eſt. Duaci 27. Jul. 1648.*

Franciſcus Sylvius S. Theol, Doct. ejuſdemque Regius ac ordinarius Profeſſor.

Valentinus Randour S. Theol. ac Doct. ac ejuſdem Regius Ordinariusq; Profeſſor.

Ego infraſcriptus Notarius publicus Apoſtolicus hujus almæ Univerſitatis Duacenſis, his notum facio & teſtor, me probè noſſe perſonas & characteres Eximiorum Dominorum ac Magiſtrorum Noſtrorum Dn. Franciſci Sylvii & Domini Valentini Randour S. Theol. in hac Univerſitate Doctorum ac Regiorum Ordinariorum Profeſſorum (propter ordinariam cum ipſis Converſationem ac frequentem eorum ſignaturæ inſpectionem) & exactè examinaſſe eorum nomina & ſubſcriptiones ſupraſcripto teſtimonio appoſitas, affirmo eorum proprio charactere mihi apprimè noto exaratas, quod jurejurando aſſero. Actum Duaci die Julii 28. 1648. ſub nomine & ſigno meo.

M. Iohannes Dieſtro Notarius Apoſtolicus.

Deinde Fr. Romanus *in eadem præfatione ſua ſub n. 9. pag. 15. 16. & horti conſinibus, allegatione 508. n. 4. pag. 426.* aliam commentus rationem eludendi Doctorum Duacenſium auctoritates, tradit *Doctores Duacenos ingenuos & veritatis amantiſſimos deprehenſo ſupra recenſito errore ac fallacia aſperſas aſtro maculas, molli ſpongia deleviſſe, & approbationes ſuas pro Eclipſi per ſuppreſſionem veri, clandeſtinè prius obtentas, ipſa confirmatione aſtri, revocaſſe, aboleviſſe, exterminaſſe atque extinxiſſe.* *Alia Commẽta Hajana.*

Verùm adeò in ipſis approbationibus aſtri ſibi complacet Fr. Romanus, ut haud neſciat, vel certè diſſimulet, ſe in graviſſimo verſari errore, quem ipſi, ſicut & candido lectori Eximii atque Clariſſimi Dn. Doctores Duacenſes eximere poterunt, ſi præmiſſorum recentiſſimorum teſtimoniorum ab ipſis iteratò perhibitorum memoriam recolant ac intelligant, quod iidem Eximii ac Clariſſimi Domini Doctores Duaceni etiam à Reverend. *Domino Richardo Paulo Stravio* Epiſcopo Dioniſienſi. Suffraganeo Leodienſi. Internuncio Apoſtolico nomine Illuſtr. & Reverend. *Domini Domini Fabii Chiſii* *Diluuntur.* *Ex teſtimonio Dn Doctorũ Duacenſium.*

 Epiſcopi

Epiſcopi Neritonenſis Sanctiſſimi Domini noſtri tunc Urbani VIII. nunc Innocentii Papæ X. ad partes Rhenanas Nuncii Apoſtolici cum poteſtate Legati de latere atque ad Tractatum Pacis Univerſalis Legati, tandemque S. R.E. Cardinalis jam ante rogati 5. *Iunii* 1641. reſponderint; *Aſtrum ſe ita approbaſſe, ut approbationes ſuas pro Ecli; ſi datas velint in ſuo permanere & conſiſtere vigore*, imò expreſsè atteſtati ſunt Domini Doctores Duaceni, *ſe eatenus Aſtrum approbaſſe, quatenus Pontificiæ & Caſ. voluntati non contradiceret*, prout paulo ante ex eorundem teſtimoniis 27. *Iul.* 1648. datis vidimus.

Quid ad hæc Fr. Romane! ne autem more tuo quicquid libet, effingere videar, audiamus ipſos Dn. Doctores ita loquentes.

Perilluſtris ac Reverendiſſime Domine.

» *Quas 16. Maij anni præſentis literas ad nos dare placuit, recepimus, ſed propter publicarum lectionum aliorumque negotiorum impedimenta citius reſpondere nequivimus. In illis dicitur, quod anno proximè elapſo editus eſt contra aſtrum inextinctum F. Romani Hay, liber P. Ioannis Cruſii intitulatus Eclipſis Aſtri inextincti, idque præviâ approbatione Doctorum iſtius Univerſitatis, quarum approbationum Copia litteris erat annexa. Et quoniam Liber P. Romani denuò imprimendus dicitur eſſe ſub prælo cum ſimili ejuſdem Univerſitatis approbatione juxta Copiam adjunctam, Veſtr. Reverend. Dominatio nos rogat, ut mentem noſtram aperire velimus, an per ultimam approbationem anni 1641. cenſeatur revocata vel abolita altera anni 1640. approbatio; An verò tales ſubſint rationes, quæ faciant ambas ejuſmodi approbationes ſubſiſtere, & in ſuo vigore manere. Cui petitioni ut faciamus ſatis, inprimis dicimus, nobis videri D. Veſtr. Reverend. non per omnia bene fuiſſe informatam. Etſi enim Liber P. Cruſii præfixas habeat noſtras approbationes, non eſt tamen editus illis præviis, impreſſus quippe erat, quando nobis fuit exhibitus ad legendum & probandum, unde approbationes Duacenſes omnes datæ fuerunt anno 1640. præter unam, quæ in fine anni 1639. data eſt, ſcil. 28. Decembr. Liber autem Coloniæ fuit impreſſus anno 1639. ac proinde priuſquam potuiſſet eſſe Duaci approbatus. Dicimus prætereà per ultimam anni 1641. approbationem non cenſeri revocatam, vel abolitam alteram approbationem anni præcedentis 1640. ſed ambas ſubſiſtere & in ſuo vigore permanere. Cum enim neque in uno, neque in altero libro quippiam doceatur fidei aut morum Decretis contrarium, cum unus eorum ſummi Pontificis poteſtatem circa Monaſteriorum emortuorum bona, eorumque diſpoſitionem clarè oſtendat ac tueatur, alter verò ſic probet, jus agendi antiquorum Religioſorum ordinum pro recipiendis ſuis Monaſteriis & bonis Eccleſiaſticis, ut non neget ejuſdem Summi Pontificis poteſtatem de illis aliter diſponendi, quando juſtæ ac rationabiles ſeu legitimæ & ſufficientes cauſæ id ſuaſerint, ſed concedat; hæc autem ſint puncta, quæ in noſtris tam anni 1640. quàm anni 1641. approbationibus maximè*

Reſponſio Almæ Univerſitatis Duacenæ.

NB.

maximè tanguntur, non cenſemus per unius anni approbationes, revocatas vel abolitas eſſe alias alterius anni, ſed ambas ſubſiſtere, & in ſuo vigore manere. Ita anno 1641. quinta Iunii reſpondebant Duaci.

Perilluſtris ac Reverend. Dominationis Veſtr.

Clientes devotiſſimi

Rector Vniverſitatis Duacenæ & alii Doctores & ipſorum nomine Ego Servus Veſter deditiſſimus.

Franciſcus Sylvius.

Richardus Pauli-Stravius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Dionyſienſis Suffraganeus Leodienſis, jam pridem felicis recordationis Vrbani Papæ VIII. ac Sedis ejusdem Apoſtolicæ in Belgio Internuntius Vniverſis & ſingulis, quorum intereſt, fidem facimus & teſtamur hanc Copiam collatam cum literis Originalibus Reverendi admodum ac Eximii Domini Franciſci Sylvii S. Theol. Doctoris & Profeſſoris nec non Eccleſiæ Collegiatæ S. Amati Oppidi Duacenſis Decani, ad nos nomine Vniverſitatis Duacenæ datis concordare. Datum Leodii 9. Novembr. 1646.

L. S.

Richardus Epiſcopus Dionyſienſis ſuffraganeus Leodienſis.

En benevole lector ſinceriſſimos Doctorum fontes quos perperam Fr. Romanus iſta quali quali Aſtri approbatione veluti molli ſpongia ſe deleviſſe initio jactitarat. Credo citius mare in ſcrobem coegerit, quam hos vivos Doctorum Duacenorum fontes ſpongiâ exſiccarit.

3. Alia Commenta Hajana ex actis Compulſoriis.

Alia igitur F. Romano tentanda fuit via, atque ut, relictis cauſæ meritis, ſicut loquuntur, ac patrociniis mihi invidiam apud Eximios ac Clariſſimos Dn. Doctores Duacenos crearet, obtendens *in præfatione horti pag. 17. & ſeqq. n. 10. quod meus fautor, vel ego recurrerim ad acta compulſoria 4. Octobr. 1643. hic Coloniæ coram Reverendo admodùm & Clariſſimo Dn. Ioanne Philippo Mockel Iurium Licentiato, Canonico S. Cuniberti, Protonotario & Compulſore Apoſtolico agitata, ibique ſcriptum exhiberi curaverim, in quo Dn. Doctorum Duacenorum integritatem mirum in modum ſugillaverim, quaſi nulla veritatis aſſiſtentia, ſed ſpe commodi* ET LUCRI TEMPORALIS *ad ſuffragandum* ASTRO *inextincto impulſi fuiſſent. Vnde etiam moti iidem Dd. Theologi ad Calumniam ejusmodi amoliendam in ſcriptis 26. Febr. 1644. proteſtati fuerint, nihil ejusmodi eſſe vel fuiſſe, nec ullum Benedictinum directè vel indirectè quippiam tale ad cenſuram ex iis habendam dixiſſe vel feciſſe, ſed ſpontè prorſus, & nec minis, nec promiſſionibus, nec ullâ aut ſpe commodi aut metu incommodi vel detrimenti temporalis inductos juxta Conſcientiæ & rectæ rationis dictamen cenſuiſſe, nec aliter ſalvâ veritate, tota re bene examinata, potuiſſe.*

Et

*Et ante ICti.*10. *Febr.proteſtati,quod in externis provinciis traducerentur, quaſi*
» *Cenſuram pro aſtro inextincto,coacti (eò quod Benedictini negarent Academiæ*
» *ſuæ annuos reditus ipſi debitos) dederint , quam alioqui non dediſſent ,ſicque quo-*
» *dammodo eandem Cenſuram venum expoſuerint. Addunt inſuper ICti. Dua-*
» *ceni æquè veritati diſſentaneum quod eo fine ipſis obtruſa fuerint aliqua literæ*
» *Cæſareæ.De cætero ſe ignorare,an à Clariſſimo D.Doctore Hannedouche pro-nu-*
» *per defuncto,ſpeciatim per Benedictinos pro Aſtro petitum fuerit ſuffragium , &*
» *an nunquam illud dare voluerit,ſive etiam dederit,*quibus & Clariſſ.Dominus
» Hubertus Toſſanus J.U.D.ſubſcripſerit. Ad hæc in *præfatione Monachorum*
» *ad lectorem,pag.*17.adjicitur,*Eximium D.Philippum von der Maden proteſta-*
» *tioni DD.Theologorum non ſubſcripſiſſe,quod tunc temporis in Academia Dua-*
» *cenſi non commoratus fuerit,quodquo ipſe non potuerit cogi,quaſi denegati fuiſſent*
» *annui Cenſus,de quibus nihil participandum habuit, utpote nullo titulo ad hos re-*
» *cipiendos potitus.Similiter Eximium D.Theodorum von den Broeck ,qui nullum*
» *ad hos reditus etiam titulum habuit,proteſtationi non ſubſignaſſe,quia jam ceſſerat*
» *è vivis. Quod autem Clariſſimus D. Antonius Briet ſub proprio nomine non com-*
» *pareat,ratio eſſe videtur, quia nunc eſt è Collegio Facultatis I. V. nec moris eſt in*
» *Cenſuris ejusdem Collegii , ſingulorum Dn. Doctorum nomina ſigillatim expri-*
» *mere,nec eorum qui vocati ſunt juridicè , abſentiam curare.* Cujusmodi præfationem ſimul inprimi poſſe,*cenſuit, Georgius Colvenerius.* Hæc ex F. Romano.

Diluuntur. De quibus certè ſi tunc temporis apud acta Compulſoria conſtitiſſet,uti non conſtitit,fuiſſet ſtatim demonſtratum ea partialibus , ſiniſtris & Calumnioſis niti informationibus, quibus nihil eſſet fidei tribuendum. Sed quorſum hæc Fr. Romane ? Quid actis compulſoriis commune cum Eclipſi ? Illa ad contradictorium ſpectabant judicium. In hoc produxiſſes , ſi quid legitimè producendum exiſtimaſſes ; ita verò tibi ex literariis documentis occurrendum fuiſſe ſcias,ut quivis intellexiſſet, calumnioſè duntaxat iſta proponi , quæ in præfatione horti moviſti. Horum autem omnium demonſtrationem,non conveniet ita publicis libris vulgari. Nec enim tantum quid liceat expendendum eſt, ſed quid expediat & conveniat. Ne tamen omninò taciti iſta prætereamus, iſtud proponemus , quod calumniæ depellendæ ſtrictim ſufficiet.

Tradit & concedit *F. Romanus , quemlibet ſuorum verborum eſſe interpretem* juxta Vult.*Conſ.*15.*n.*310.*vol.*1,*Marp.per l.ſi quis intentione ff.de Iudiciis l.in ambiguo.ff. de reb. dub.* ac cujusque verba ambigua ſecundum intentionem ipſius proferentis eſſe intelligenda *d. l. ſi quis intentione.* cum verba deſerviant intentioni,non verò intentio verbis *c. intelligentia. de verb. ſig. l.ſcire ff.de legib.d.l.in ambiguo.ff.de reb.dubiis.* & par ſit,verba, eo ſenſu , quo prolata ſunt,accipere,per notata Vult.*conſ.*18.*n.*24. 25.*vol.* 3. *Marp.* nec ea calumniari,ſed qua mente quid conſtitutum eſt, advertere conveniat. Alber. de Roſat,*in diction.dict.verba. ubi cit. ſumm. de off. Archid.c.* 3. *vers. ego puto.*

& pro

Digitized by Google

& pro hoc ff. ad exhibendum l. penult. & Spec. *de arbit.* §. 8. *vers. item quæritur,* tum etiam incivile ſit, re non totâ inſpectâ nec intellectâ judicare *per l. incivile ff. de LL.* at noſter F. Romanus nec inſpectis nec cognitis totis actis compulſoriis, ex particula inde mutilè deſumpta duntaxat (quæ ſine præcedentibus verbis ambigua, ab imperito & minus benevolo lectore, in peregrinum & alienum ſenſum, quam quo erat concepta, poterat detorqueri) prorſus temerè judicat, immerentemque calumniæ maculâ aſpergere conatur. Verum *hoccine eſt virtutibus & ingeniis, non autem vitiis certare, quod pagina horti* 401. fieri poſtulas, *Aliud in titulo præfers, aliud in pyxide ſervas.* Non fuit mea mens unquam nec intentio carpendi, nedum ſugillandi Eximiorum & Clariſſimorum Dominorum Duacenſium Aſtro ſuffragantium honorem & integritatem, Proteſtor enim, quod ſummè ipſos venerer & ſuſpiciam, mihique ſint ſemper honori futuri.

Ad Proteſtationem DD. Dd. Duacenorum Reſponſio.

Ut autem cuivis hic omnem ſcrupulum eximam, res altius repetenda & integrè proponenda ex actis Compulſoriis, ſic enim omnis Calumnia à F. Romano ſtructa per ſe evaneſcet, atque in ejuſdẽ ſtructoris Caput recidet.

Anno 1641. *& ſeq.* Præmonſtratenſes omnibus modis allaborabant, ut editionem jurium & documentorum legitimorum in S. Rotæ Romanæ judicio per compulſum Apoſtolicum faciendam impedirent, vel ſaltem retardarent, ideoque 15. *Jan.* 1642. coram admodum Reverend. atque Eximio Domino Joanne Maes SS. Theol. Licentiato Decano ad S. Cuniberti Compulſore Apoſtolico *contra l. quiſquis, C. de poſtul.* meã invadentes perſonam, præſentarunt aliquod ſcriptum, & 16. Maij, prius ad acta exhibuerunt, *nunc horti confinibus* inſertum; quo falſarum in Eclipſi allegationum me inſimulabant; quod ipſum tanquam impertinens, authoritate Judicis Compulſoris, *per Decretum* 10. *Maii* 1642. *&* 20. *Julii* 1643. latum, ab actis Compulſoriis rejectum fuit, & Cognitioni Committentis reſervatum ſub peculiari involucro mittendum. Interim in editorum per Compulſum Apoſtolicum jurium contradictione proceſſum eſt, uſquè dum ego menſe Decembri 1641. coram Nobilibus & Clariſſimis Dn. JCtis hujus urbis, diverſorum Principum, Comitum Conſiliariis, Commiſſariis, Scabinis, & Advocatis, illud ſcriptum ſeparatim ab actis compulſoriis, in ædibus Nobilis & Clariſſimi D. Henrici Lipman, J.U.D. & Ser. Comitis Palatini Neoburgici Conſiliarii coram duobus Notariis & teſtibus J. U. D. & reſpectivè L. produxi, petiique ut ſingulos authores, quos me falsò allegaſſe jactarint Præmonſtratenſes, inſpicerent, viderentque utrum illos, bene, vel malè, vel etiam falſo allegaſſem. At, ipſi inſpectos & examinatos aliquot menſibus authores deprehenderint, omnes & ſingulos ita ſe habere, prout ipſos allegaveram. Ut proinde non niſi injuſtè mihi falſitatem allegationum judicarint imputari, quemadmodum paulo poſt luculenter demonſtrabitur, ubi ipſum Inſtrumentum deſuper confectum in medium producetur, quod alias cum juribus & literariis documentis per

Acta Compulſoria aliud oſtendunt, quæ ideo quatenus huc ſpectant, recenſebãtur.

JCti cenſuerũt me bene citaſſe

tis per compulſum Apoſtolicum editis cum pleniore reſponſione ad omnia & ſingula exadverſum objecta 17. Aug. 1643. Romam ab admodum R. & Exim. D. Joan. Maes Compulſore Apoſtolico ad R. D. Carolum Cerrum Rotæ Rom. Auditorem & Eminentiſſimi D. Cardinalis Veroſpii primi Committentis Succeſſorem eſt deſtinatum.

Poſtea Præmonſtratenſes laborarunt, ut illud inſtrumentum & reſponſum meum hic ſibi ederetur, eumque in finem ab admodum Rev. Dn. Philippo Mockel J U L. *monitorium*, primùm contra Theodorum Mappium & Hieronymum Roſenbach Notarios impetrarunt, quod 12. 13. *&* 15. *Iunii* 1643. inſinuatũ fuit, deinde aliud contra R. P. Provincialé, qui id temporis erat adm. R. P. Goswinus Nickel & contra R. P. Rectorem hujus Collegii Colonienſis P. Hermannum Baving ab eodem Dn. Licenciato obtinuerunt, quò inſtrumenti conceptum extorquerent: At rectè exceperunt omnes, non teneri ſe ad ejus editionem, tum quod inſtrumentum illud ære Societatis confectum, me ſolum concerneret, *per l. qui accuſare l fin. C de edend.* tum quod juris allegationes contineret, quæ parti adverſæ ſecundum jura non venirent edendæ & communicandæ. Rom. *ſing.* 262. *incip. fuit interrogatus, & alii* Dd. apud Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 65. *n.* 120.

Quod ſi tamen curioſi in legendo ſcripto meo eſſent, legerent Eclipſin Aſtri.

Vlterior inſtantia Præmonſtratenſium. Verum ipſi Præmonſtratenſes *in aſſerta ulteriori ſua refutatione* 17. *Iulii coram d. Dn. Licentiato exhibita*, urſerunt ſibi prætactum Inſtrumentum & reſponſum meum exhiberi, *aſſeruntq́ lectionem Eclipſeos non carere periculo, monitis exemplo Eximiorum & Clariſſimorum Dn. alma Vniverſitatis Duacena,*
" *qui relectione ejus prima velut igne fatuo deluſi, Eclipſi anno* 1640. *ſubſcripſerunt;*
" *depulsâ verò Caligine aſtro nextincto, cujus lumen interjectu Eclipſeos, non obſcu-*
" *ratum modo, ſed prorſus etiam extinctum, malè perſuaſi eſſent, ſuffragia ſua pru-*
" *denter & Candidè impertiti ſint anno ſubſequente.* Hæc dum calidiùs ex parte
Ad tandem Reſponſio. " adverſa urgerentur, & paſſim jactaretur; Dd. Duacenos ſuas pro Eclipſi datas approbationes retractaſſe, tandem 4. *Octobr.* 1643. reſponſum eſt, *falſum id aſſeri*; cum ipſimet Eximii & Clariſſimi Dn. Doctores Academiæ Duacenæ 5. *Iun.* 1641. literis ad Reverendiſſ. D. Stravium Internuncium Apoſtolicũ datis contrarium affirmaſſent. Quæ omnia F. Romanus ex actis compulſoriis omiſit, quia propoſito ſuo contrariabantur, eumque falſitatis redarguebant, alia autem, quæ ſequebantur verba potentialis modi ac potentialiter erant accipienda *per l. quod dicitur, & l. poſthumus, atq́ utrobiq́ glo. ff. de liber. & poſthum l* 42 *ſi ad libertatem ff. de noxalib. action. l. fideicommiſſa* 11. *§. hoc autem ff. de legat* 3. aliter accipiebat. Cum tamen à ſubſequentibus præcedentia eſſet declaranda *per l. ſi Servus plurium §. fin. & ibi* Bald. *ff. de legat.* 1. unde cum ipſe
Verbum potentialis modi quid ſignificet. " F. Romanus ea quæ erant modi potentialis, tanquam abſoluta in ſenſu ſiniſtro retulerit, fallaciter & amphibologicè egit. Senſum autem verborum iſtic in potentiali modo accipiendum, arguebant hæc ſequentia verba: *Quod autẽ*

atti-

Digitized by Google

[p]ertinet ad Cenſuram pro Aſtro datam, fuit illa ex præſumptione quadam coacta, eo quod Benedictini importuni, & aliquoties à Dn. Doctore Boëtio p.m. rejecti negarēt, id eſt, negare poſſent Academiæ reditus annuos ipſi debitos, niſi ipſi Doctores aliquā ſaltem darent, id eſt, dare vellent Cenſuram, quam Dn. Doctores omninò ultroneè non dediſſent, vel non dare voluiſſent, niſi ita per importunitatem à Benedictinis præſumptivè (ut ita loquar) coacti, & ipſis fuiſſent obtruſa literæ Cæſ. planè ſub- & obreptitiæ, prout in tract. 3. cap 2. oſtendetur, quibus literis inducerent, vel inducere poſſent vel vellent dictos Dn. Doctores ad ſuffragandum Aſtro, quaſi illa eſſet S.C.M. voluntas, quæ in aſtro fuiſſet relata, prout illud ex ſubſcriptione Eximii D. Doctoris Franciſci Sylvii liquido appareret, illud tamen aſtrum Clariſſimus D. Doctor Hanneduche, quantumvis illi moleſti fuiſſent & importuni Monachi, non voluerit ullatenus approbare. Hactenus in actis compulſoriis propoſita & in iisdem relata, quæ cum ſint verba *potentialis* modi, ſignificantia quid *probabiliter conſideratis circumſtantiis ex parte Monachorum fieri potuerit* aut poſſibile fuerit, non autem verba indicativi modi, ſeu *quæ indicent*, quid reipſa factum fuerit, (prout perperam & imperitè vult cum aliis Monachis F. Romanus) hinc ſanè ipſum F Romanum redarguent, adeoque ipſe Theologus ad Grammaticorum ſubſellia videbitur relegandus, ut prius verborum modos, eorumque ſignificationes diſcat, quàm ex eorundem ſignificationis ignoratione argumentetur, alioſque in erroris ſui puteum præcipitet. Suadeo igitur F. Romano, ut prius adeat Emanuelis Alvarez *de inſtitutione Grammatica libros tres, ſub titulo de verborum compoſitione §. modus potentialis. pag. (mihi)* 57. ibique audiat Priſcianū, quid de poſſibili ſeu *potentiali modo* ac ſignificatione verbi proponat, inde ad me redeat & verba in actis cōpulſoriis prolata explicet. Te autē benevole lector pro horum omnium meorū verborū ſignificatione ad *l. generaliter ff. de ædil. edict. & ad notat. ibid. per* gloſſ. & Bart. & Albetic. de Roſat. *in repert. ſuo vers. Verba præteriti* ac Petrum Broſſ *in theſauro Accurſiano. dict. verba*, ubi eadem regula, (quæ à Grammaticis F. Romano per modum potentialem fuit propoſita) à Juriſperitis quoque inculcatur, remitto, ut tanto magis inculpandus F. Romanus videat, quomodo ad hujus potentialis modi locutionem, ſignificationem, & vim non attenderit.

Differentia inter verba potentialis & indicativi modi.

NB.

Nec contrarium ſuaderi poteſt, ex eo, quod vox *coacta* jungatur verbo indicativi modi; quia *in jure* etiam *coactus* dicitur qui facit aliquem actum, ad quem faciendum ſcit ſe poſſe compelli, licet ipſum ſpontè faciat. Cagnol. *in repet. l. ſi quis major. n. 42. & ſeq. C. de tranſact. per text. in l. noviſſime ff. quod falſo tutor. aut. & Dd. alii apud* Cagnol. d. loc. Acacius Anton. de Ripol. *in variis juris reſolutionibus tit. 11. n.* 539. aut etiam rogatus ſecundum Ancharan *in Clem. præſenti in 5. not de Cenſib.* Joan' Andreas. *in c. præterea ib. 2. de jur. Patron. & in c. bona fides. de reg. juris in 6.* Decius *conſ. 22. n. 2. & in c. cum M. Ferarienſis de Conſtit. n. 34. & ſeqq.* adeoque vox illa (*coacta*) non neceſſariò includit vim factam præſentem, nec excludit alicujus coactionis

Vox coacta quot modis accipiatur.

Digitized by Google

poſſibilitatem,ſed hanc involvit. Hinc quamvis Domini Doctores Duaceni ſponte ſuas pro Aſtro dederint approbationes,tamen quia ii rogati à Benedictinis ſciebant , quod ab ipſis,utpote à quibus omnes ſuos reditus annuos nempe 2000 flor.annuos acciperent caſu quo non dediſſent , vel dare non voluiſſent, eas approbationes,poſtmodū potuiſſent ſaltem in *actu primo* cogi,licet in *actu ſecūdo* nō fuerint coacti; ſeu poſſibile fuiſſet,ut *cogerētur*,(quēadmodum loquitur Bertachin *de Epiſcop.lib.4.part.6.q.9.n.20.*)cauſativè,negando videlicet vel retardando illis reditus *per auth.licet Teſtator. C. de Epiſ. & Cler.* conſequenter ex hac *præſumptione juris* poterant *rectè* dici Doctores *coacti*. Cum igitur ego de iſto duntaxat locutus fuerim caſu , quo inſtantibus Benedictinis,voto illorum non ſuffragati fuiſſent Dn.Doctores Duaceni, & dixerim fieri potuiſſe ſeu poſſibile fuiſſe, atque ob importunitatem Benedictinorum inſtantium(qui Dominis Doctoribus ſolvere penſiones annuas habebant) veriſimile videri,ut forte poſtmodū Benedictini dictis Dominis Doctoribus ſuas *negarent ſeu negare poſſent* penſiones , non video , qua ratione F.Romanus cum aliis Monachis hanc propoſitionem ſignificatione ſua eventualem,ut vulgò loquuntur,ſeu eventum conditionis(ſi videlicet à Doctoribus negarētur ſuffragia) includentē & ſimul poſſibilem, Benedictinos ipſos, eorumq; præſumptos in futurum conatus concernentem,accipiat pro abſoluta,ita quidem ut veniente negationis eventu, modum quodammodo violentum impetrandi ſuffragia ex ipſorum Monachorum perſona pendentem & probabiliter præſumendum velit tanquam cauſam abſolutè antecedentē, atq; in actum ipſum approbationis influentem intelligi , adeoq; Dn.Doctores ſugillari; qui tamen minimè iſtic ſugillabantur. Ut proinde iſta contraria F.Romani interpretatio ſit maligna, Chriſtianæ repugnans charitati & principiis JCtorum,quibus jubentur, *verba, quæ in bonum malumve ſenſum intelligi poſſunt,in meliorem accipi*, quò delictum excludatur, cum nemo ad malum reſpiciens operetur,aut operari præſumatur Menoch.5.*præſ.2.n.7*.Rot.Rom. *in deciſ.166.n.2.in 2.part.in noviſſ.*

Dd. Duaceni ex præſumptione quadam poterant dici à Benedictinis cogi cauſativè ſeu in actu primo, ſecus in actu ſecundo.

Præſumptio verò,quam ſupra de importunitate Benediinctorū allegavi , ex ſequentibus pateſcit literis R. P. Martini l' Hermite 10. *Maij* 1640. *datis*,ubi hæc narrantur, *adfuit mihi Clariſſimus Boëtius ſubridensque ſignificavit,Benedictinos è S.Vedaſti ad ſe adiiſſe ac petiiſſe,Fr. Romani approbationem. Rejecit vir illos,faſſus non ſe duntaxat , ſed totam Univerſitatem illum damnaſſe,*
" *dum contrarium approbavit.* Et iterum Duaco 12. *Iul.* 1640. *Adii ad Cla-*
" *riſſimum Boëtium,qui ſignificavit,magnificum Coverdenſecum evolviſſe Aſtrum*
" *inextinctum,ac Monachis reſtituiſſe hoc addito reſponſo* , *ipſis* judicio uni-
" verſitatis aliquando acquieſcendum, *quæ non fuit à me præventa* , *ſed jam*
" *lectitato Aſtro ejuſque Eclipſi,parata eſt iisdem verbis,quibus ante,Eclipſin appro-*
" *bare iterum,iterumque aſtrum reprobare* , *quod proinde ultra ne obtruderent.*
" *Cum Academiæ propoſitum ſit, Pontificiam ac Cæſaream authoritatem tueri, ubi*
manifeſta

Præſumptio probatur literis variis P. Martini l' Hermite.

manifeſta eſt ratio. Ita dimiſſi Monachi, Sylvio importuni eſſe nec ſunt auſi, ut ipſe mihi eſt faſſus.

Rurſus Duaco 4. *Febr.* 1641. ad R. P. Provincialem, P. Goſvvinum Nickel, *&c. Retulit D. Boëtius, urgeri Facultatem utramque à Benedictinis ut aſtrum inextinctum approbaret, tantum ut luce dignum, quod Abbati cuidam videtur negari non poſſe, &c. Similiter Facultas Theologica urgetur, &c.*

Duaco 5. *Martij* 1641 *ſuffragium pro aſtro dare noluit è Facultate Iuris Doctor Hannedouche, &c. ajens, ſe de Eclipſi rectè ſenſiſſe. Cæteros vicerunt Monachi obtruſo diplomate Imperiali, quaſi abſolutè mandet, ut bona Ordinibus quaque ſuis reſtituantur, vi cuius ſuffragiis cenſet Univerſitas, Monachos poſſe jus ſuum proſequi. Addunt niſi aliter Pontifici videatur de iis diſponendum. Qua Clauſula putant primis ſe ſuffragiis nihil derogare, &c.*

Duaco 16. *Aprilis* 1641. *Res eſt cum Potentiſſimo Abbate Amandino, qui ſuo ſolius cenſu florenorum* 2000. *univerſitatem alit, cæteris injuria temporum amiſſis, &c.*

Ex quibus colligitur, quàm Monachi in ſuffragiis DD. Doctorum Duacenorum pro Aſtro ſuo impetrandis importuni & moleſti fuerint, & quaſi coëgerint Dominos Doctores ad ferenda ſuffragia, per ea quæ tradit ipſe F. Romanus Hay. *append. Paradox.* 30. *n.* 59. *per l.* 1. *C. de petit. bon. ſublat. lib.* 10. *& l.* 1. *C. de fund. limitroph. lib.* 11. ut ipſi Dn. Doctores Monachis, utpote à quibus annuum obtinerent ſtipendium, non potuerint commodè & honeſtè ſuffragia ea denegare. Atque ita ceſſat hic omnis Calumnia, quâ dum alium petit F. Romanus, ſe ipſe conficit. Socin. *in c. ſi culpa. n.* 25. *de injur. & damn. dat.* conſequenter *ceſſat* ea propter interpoſita Dn. Doctorum *proteſtatio*, eò quod illa proteſtatio ſit ad aſſertam Calumniam Correlativa. Deſtructo autem uno Correlativorum, deſtruitur & alterum. Everhard. *in loc. à Correlativ. n.* 4 *per l. fin. ff. de acceptil.*

Quid alioquin alii Doctores neutri parti addicti, tum Theologi tum IurisConſulti præter allatos in Aſtri Eclipſi Doctores de eadem ſentiant, malo ex illis ipſis, quàm ex me audiri, quare duos Theologiæ Doctores ac totidem Iurisconſultos affero. Ita verò Theologi loquuntur. *Novi approbatores pro Eclipſi referuntur.*

Ego Nicolaus Bertrandus SS. Theologiæ Doctor, Aſtri inextincti Eclipſin à Reverendo P. Ioanne Cruſio Bremenſi Societatis Ieſu vidi, intellexi, probavi, ut populo Dei, Eccleſiæ Romanæ luminibus Pontificiaq; ſummæ authoritatis ſplendoribus proficuam. Datum Remis, Idibus Novemb. Anno. Domini. CIƆ IƆ cXL.

Nicolaus Bertrandus m. ppria.

Aſtri minus quàm par eſſet illuminati quamvis hactenus inextincti à Gaſparo Scioppione & F. Romano Hay in orbem evulgati Eclipſis ſeu deliquium à R. P. Ioanne Cruſio Bremenſi è Societate Ieſu micanti validiſſimarum rationum luce confectum, ita vera fidei Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ fidei conjungitur, ut ne

*„ ut ne verbo quidem aberret ab eo: dumq; bona Monaſteriorum emortuorum ſe-
„ minariis aut Collegiis Chriſto ſacris aliàs minus dotatis adſcribuntur, ſummum
„ ipſi Chriſto obſequium deferri, totiusq; Eccleſiæ utilitati ſummè conſuli, nec non
„ iisdem ſeu ſeminariis ſeu Collegiis prædicta bona ſanctiſſimè ſummum Pontificem
„ aſſignare, cuius eſt Oves Chriſti paſcere ac Eccleſiaſtica bona diſpenſare. Subſcri-
„ bo Remis Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo, Menſis vero No-
„ vembris die 22.*

N. Colin. Sacræ Theologiæ Doctor Eccleſiæ Sancti Martini Remenſ. Paſtor & Eccleſiæ Collegiatæ SStorum Timothei, & Apollinaris Rem. Canon.

IurisConſultos nunc loquentes audiamus. Ita enim alter prænobilis ac ſtrenuus Dominus Georgius Melchior à Gans Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis Conſiliarius in Aula Cæſarea Reſidens, reſpondit;

Hoc aſtri inextincti deliquium à R. P. Ioanne Cruſio Societatis Ieſu Theologo, doctè & ſubtiliter non minus, quam imis Iurium fundamentis ſolidiſſimè oſtenſum, Iuri conſentaneum, proindeq; illo ipſo omnibus diligenter examinatis & ponderatis, prout per decem quæſtiones deductum & Concluſum eſt, propoſitas quæſtiones decidendas eſſe duco, ſalvo cuiuscunq; judicio ſaniori. In fidem manu propria ſubſcribens Colon. Vbiorum 31. Aug. 1639.

L. S.

G. M. Gans D. mppria.

Vltimus denique Nobilis & Clariſſimus Dominus Henricus Ketler J. V. L. ita ſub ſua manu & ſigillo Cenſuit.

Viſis & maturè perlectis quæ à R. P. Cruſio ſingulari ſtudio & opera, ex fundamentis Principiisq; Iuris & rationis ad refutationem & diluitionem argumentorum, hactenus à R. F. Romano Hay, Ordinis S. Benedicti, in ſuo Aſtro inextincto, pro aſſerendis bonis Vacantibus, eidem Ordini, in lucem emiſſorum, ſubtiliter & ſcientificè concinnata & deducta ſunt, talia reperi, quibus in ſoliditate docta & ponderoſa fundatis communi Iureconſultorum ſuffragio ſubſcribendum cenſerem, Salvo interim ſaniori cuiuscunq; judicio.

L. S.

Indicium & Cenſura alicuius Religioſi ex Ordine Ciſtertienſi de Aſtri & Horti Scriptore.

Econtra de *Aſtri & horti ſcriptore* eiuſdemve defenſione admodum Reverendus & Eximius Pater quidam Ordinis Ciſtertienſis SS. Theolog. Doctor in *actione Sacri Ordinis Ciſtertienſis parte* 1. ita ſentit. *Rerum noſtrarum ignoratione ſcriptor laboravit, qui non pridem ædilis ſive populi ſuffragio, abſque noſtrorum, &c. rogatu, Ordinis Advocatus multa pro noſtro jure viſus eſt protuliſſe argumenta, ſed quibus nihil magis elumbe fractumque eſſe poſſit, ut niſi*

niſi inſcientia hominem excuſaret, acriori objurgatione dignus videretur. Hæc ipſe.

CAP. V.

Quid de inſimulatis falſis allegationibus in aſſerto horto, per flores, pomarium, Piſcinam, Aviarium, confinia & Appendices deſignatis, Celeberrimi ICti Coloniæ ſenſerint publico docetur Inſtrumento.

HActenus aſtri eiuſque Eclipſis, &c. approbationem perſecuti ſumus, nunc generatim de inſimulatis eiuſdem falſis allegationibus videndum eſt. Nam ut teſtis eſt, F. Romanus *in horti Confinibus, ſub tit. Fuci. allegat.* 508.*n.*7. *pag* 427. 428. *ipſe, non in cauſa Principali Monaſteriorum, ſeu Argumentis à me in Eclipſ. propoſitis, ex inſtituto reaſſumendis, & ordine refutandis, ſed duntaxat in aſſertis quingentis octo falſis allegationibus, ſeu falſationibus & exorbitantiis & quibuſdam adjectis Paradoxis occupatur*, arrepta occaſione ex pauculis quibuſdam Verbis, quæ ego *q.* 2. *Eclipſ. ſect.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. *pag.* 86. *col.* 2. attuleram. *Reſpondeo*, inquiens, *& ad primum quidem malè citari*. Bart. *in l. municipes ff. de acquir. poſſ.* cum citandus ſit. *in l.* 1. *§. Municipes. ff. de acquir. poſſ.* ſiquidem, hinc F. Romanus *in horti Aviario ſub tit. Tinnunculus allegat.* 297. *pag.* 210. tradit, quod ego *q.* 2., *ſect.* 3. *n.* 2. falsò affirmem, ibi ab ipſo in Aſtro. *q.* 1, *n.* 80. mole citavi Bart. *in l. municipes ff. de acquir. poſſ.* cum citandus ſit. *in l.* 2. §. *municipes ff. de acquir. poſſ. Unde colligitur*, inquiens, *ſe viciſſim jure computare ſimiles meas allegationes in falſa numeri aſſignatione conſiſtentes, quo enim jure quis erga alium utitur, contentus eſſe debet, ut eodem alius erga ſe utatur, &c.* Hæc ibi.

F. Romanus meritacauſa non proſequitur, ſed quaſdam allegationes.

Deinde *notandum*, quod licet F. Romanus hic vocem *(falſi)* pro falſa numeri aſſignatione accipiat; tamen eam aliter atque aliter ſe accipere, variis in locis docet. Nam *in Præfat. ad lectorem ſub n.* 13. *p.* 20. falſum ſe accipere inquit, cum Ambroſ. Calepino, *pro eo, quod fallit, hoc eſt, pro eo, quod verum non eſt, quodque fidem ſuperet, falſas plures allegationes quingentas deprehenderit, quibus hac initio præmiſit*; aliter vero *in ſententiis ſuis præambulis* ſe accipere, ipſæmet oſtendunt ſententiæ, quæ ita ſe habent. *Qui verba alterius ſcriptoris ſe proferre aſſerit, ſingula adnumerare debet, prout alter ſcripſit, id, niſi faciat, falſum eſt, eſſe ea verba illius ſcriptoris.* Henric. Wagnereck *è Societate Jeſu Vindic. Polit. lib.* 2. *c.* 1. §. 13. *Doctori etiam Excellent. nihil alleganti, non creditur, ut tradit* Bald. Curt Grat. Grammat. Sylvan. Rolandus à Valle, aliique *paſſim, adeo quod iſta ſit Communis opinio.* Anton Maria Coratius *lib.* 2. *de Commun. opin. tit.* 9. *n.* 129. *jam autẽ nihil allegare, & falsò allegare, paria ſunt.*

Not. Vox (falſi) à F. Romano æquivocè accipitur.

Rerum Qui

» *Qui mendacia componunt, non aliorum ſcriptis conſona ſcribunt, ſed quaꝰ pſis lubent, confingunt*, Ioan. Cruſ. *Eclipſ. q.* 10. *n.* 4. Rurſus

» *Nulla reperiri poteſt opinio, tam bona & aqua, qua cavillationibus eludi nequeat.* Ant. Mar. Coratius *in Præfat. de Comm. opin. n.* 22.

Nulli Doctori creditur, quantumvis Eximio, ubi de rebus merè dependentibus à diſpoſitione legis poſitivæ loquuntur ſine lege ac textu, præſertim contra evidentem rationem. Valentinus Mangionius *è Societate Ieſu Theoricar. q.* 1. *num. ſuo.* 15.

Demum *allegat.* 508. *ſub tit. Fuci n.* 7. *pag.* 427. 428. *in Concluſione oſtendit*, quod aliter inſimulatam allegationum falſitatem acceperit, quam initio » propoſuerit, inquiens, *quod niſi ſupra dictis quingentis octo falſis allegationibus » inducta ſpongia me debitè purgavero & legitimavero, fateri neceſſe habeam, me » nihil contra ipſum tot falſationibus & exorbitantiis probaſſe, adeoq; Aſtri inextin» cti fulgorem, nullo deliquio vel Eclipſi obſcuratum unquam fuiſſe, &c.* Hactenus ille.

Imperſonalem propoſitionem pro perſonali accipiendo.

Ex quibus patet, 1. qua fide agat F. Romanus, qui quod à me *q.* 2. *Eclipſ. ſect.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. *imperſonaliter* erat allatum, ita ut nulla perſona involveretur, cui error ille imputaretur, ipſe *d. allegat.* 297. afferat, quaſi *perſonaliter* eſſet à me prolatum; & quidem ſuæ perſonæ applicatum; cum tamen *hæ dua propoſitiones* plurimum inter ſe differant, ut patet *ex auth. ſi quando C. conſtit. peç.* Quod ſi tamen ad indicem Eclipſ. reflecti vellet F. Romanus, jam ad eum, & non *ad d. q.* 2. *ſect.* 3. *c.* 3. *n.* 2. *pag.* 86. *col.* 2. debuiſſet ſe referre. At tunc illi repoſuiſſem, quod ipſe *in Parthenio, de indice pag.* 249. affert. » *Nolebam tunc temporis illum errorem* F. Romano *attribuere, ut parcerem eius » honori: atq; utinam F. Romanus eidem pepercisset, nec extremam illam indicis » fimbriam à Centeſimo lectore non æſtimatam attigiſſet.* Certe exinde juſtam ipſe cauſam non habuit, meas *allegationes* falſitatis inſimulandi, Societatis honorem invadendi, & bonum nomen apud hæreticos & malevolos homines traducendi. Nam licet ego ſcripſiſſem, à Fr. Romano male citatum Bar-

pro voce, malè, ſupponendo vocem (falſò)

tolum *d loc*: attamen quia ego dictione (malè) juxta exigentiam verbi adjuncti per not. Barboſ. *in dict. uſufreq. dict. malè*, pro non rectè, ſecundum Hier. Butigel. *in l. lecta n.* 80 *ff. ſi cert. pet. per l.* 1. *in fin. ff. quando dies legat. ced. junct. l. qui hoc anno ff. de V. Obl.* uſus fueram, dicendo, *malè citatum* Bart. *in d. l. municipes.* ipſe verò F. Romanus pro *malè allegato allegat.* 350. *pag.* 232. regerit vocem (falſò) *qua amariſſimi* (ut verbis eius horti *Paradox.* 15. *pag.* 451. » utar) *ſucci & graviſſimi odoris, nimis craſſa & lata gerens folia, uno verbo, » plus Alois quàm mellis habet, ſonat enim in malam partem*, prout ipſemet *alle» gat* 408. *n.* 1. *pag.* 287. indicat & accipit falſum, inquiens, *aliis imponere olim » grande vitium eſt, hodie* Cruſio (ut ea ipſe Frater calumnioſe aſſerit) *virtus » eſt, & ſæpius exercita.* Ita *in allegat.* 169. *ſub tit. Carbonarij; falſatio*, inquiens, » *eſt adulteratio veritatis.* Bald. *Conſ.* 323. *tom.* 4. Sic certè non tantum moderamen,

Digitized by Google

ramen,ſed & fines juſtæ defenſionis egreſſus atque ad calumnias delapſus, lectorem ambigua *falſitatis* voce deludere,aut decipere reipſa ſategit. Nam ut teſtatur gloſſ.*in l.hac verba,ille aut ille* 124.*in verb. accumbit.ff. de V.S.* ambiguè loquens non utrumq; ſignificat ,*ſed id,quod vult,ſed ſi aliud dicit,quam quod vult, quia id non loquitur &c.& ſic aliud loquitur & aliud vult* , textus eſt *in l.in ambiguo* 2.*ff.de rebus dub.ut ſupra de hæred.Inſt.l.quoties&c.*vel utGœdd. " *in d.l.Hæc verba,ille aut ille,ſub num.*1.qui *ambiguè* loquitur,*id loquitur* , *quod* " *ex his* , *quæ ſignificantur* , *hoc eſt agendo deſignantur* , *& demonſtrantur,* " *ſenſit,quaſi dicat non ſolùm in ambigui ſermonis interpretatione inhærendum eſt* " *verbis,& illi,quod diſertè dictum,verùm etiam quod actum eſt* , *vel moribus ejus* " *regionis obſervatur l.ſemper in ſtipulationibus,*34.*ff.de reg.Iur.* "

F. Romanus non ſervavit moderamen inculpatæ tutelæ.

2. Patet,quod F.Romanus *contraria* alleget. Nam *allegat* 297. aſſerit, quod meas allegationes *in falſi numeri aſſignatione conſiſtentes* , *tanquam falſas numeret*,aſt directò contrarium,*allegat.*334.*&*335.*pag.*225.*n.*3.aſtruit,*à me*,inquiens,*allegari,ex aſtro folium* 57.*cum debuiſſet allegari* 37.*ibid & ſeqq.foliis*, ac paſſim *in tota Eclipſi,præpoſterè allegari quæſtiones & numeros aut folia ejuſdem aſtri,quæ tamen omnia inter falſas allegationes non ſint computata* , *nec ipſum vim in hujusmodi minutioribus ponere,arbiter arbitretur &c.* Ex quo *altera* conſurgit contrarietas,quod ipſe *falſitatem* , prout ſonat in vitium & malam partem,mihi imputet *dd.allegat.*169.*&* 408.*n.*1. *&c.* contrarium verò *d. allegat.* 297.*atq; in præfat.ad lectorem ſub n.*13.ut modo vidimus,directò aſſerat.

F. Romanus ſibi contrarius in acceptione vocis falſi.

1.

2.

Inſuper quod imputatæ falſæ allegationes,magnam partem ſint errores Typographici,patet ex propria F.Romani *in allegat.*334.*pag.* 225. confeſſione,atque *ex allegat.*8.9.10.11.12.46.51.52.58.61.62.82.85.86.88.89.90.91.92. 107.109.110,130.142.143.196 206.207.209.212.213.223.231.233.238.245.255. 257.258.259.261.263.267.269.270.272.274.285.297.319.323.325.333.335. 351.352.366.*&c.*ut proinde illi meritò occini poſſit,quod ipſe mihi incinuit *in horti confinibus ſub tit.Heliotropium n.*1.*in allegat.*368.*n.*1. *Næ optimus frater eſt* " *Romanus Hay vinoq; Cretico digniſſimus,qui præcipua fundamenta ſua ſtabilien-* " *da aula & horti ſuper errores & menda Typographorum ponit*,quæ *Colonia* vix " apud Typographos evitari poſſunt, uti notorietate facti eſt comprobatum, quin imò *ne Francofurti* quidem *F.Romanus* evitare potuit , uti duo ipſius mendorum folia adjuncta docent,præter quæ ipſe alia quoq; incurrit , cujusmodi mihi per Calumniam imputavit,ut ſuis locis demonſtrabitur.

Illud indignum eſt, quod F. Romanus *allegat.* 112. puteos & Ciſternas ſibi fodiat,quæ aquam continere non valeant,in eaq; præcipitet *l.*2.*&* 3.*ff.de conſtit.pecun.*quaſi nuſquam hic titulus in Corpore juris reperiatur , cumque hinc de iſthoc errore tam craſſo ignorantiæ moneretur, alium in retractationibus ſuis ſubjecerit,allegando,à me *l. Neratius,malè deſignari.*85. *quaſi eſſet* 84.*ff.de verb.ſignif.* cum tamen mea exemplaria ſine & cum gloſſ. vel notis Gotofred. Comment. Rebuff. & Gædd.*in d.l.Neratius.* recenſeant eſſe *legem*

85.*ff.de verb ſignif.*aſt videtur *bonus homo*, ut verbis utar F. Romani *allegat.* » 261.*pag.*196.non ſatis ſtuduiſſe *arithmetica,cùm nec proprios errores numerare* » *poſſit,quorum tot ſunt, quot à recto Calle digreſſus*,addo ego, *nec* ſtuduiſſe juris» prudentiæ,prout ignoratio tituli negati *de conſtitut apecunia* coarguit & con» firmat *allegat.*112.in qua me reprehendit,*quod q.*3.*Eclipſis Cap.*3 *n.*23.adduxe» rim *l.*4.*in fin.de act.empt.* & *l.*1.*de hered.vend.*neq; tamen inſinuem,an in Co» dice,Novellis,Inſtit.vel Digeſtis hæ leges & tituli reperiantur, additque hoc » ſcilicet,*eſt ſapienti pauca,ſed nec in quavis nube tonitru vel pluvia.*Nam per hoc

F.Romanus de imperitia juris redarguitur.

» oſtendit F.Romanus,ſe valdè in jure eſſe imperitum,quia neſcit, quòd quan» do leges cum nudis titulis allegantur,intelligantur *in ff.*reperiri.Ecquis adeò » ignarus eſt,qui vel Jurisprudentiam à primo limine ſalutarit, ut neſciat *in Inſtitutis ac Novellis* non reperiri leges *ſed* §§ *& Capita.*

Cæteræ allegationes F. Romani ſunt mala

Cæteræ allegationes ſunt pravæ ex perverſo F.Romani intellectu, mutilatione,interpolatione,inverſione,confuſione &c. profectæ interpretationes,ut ſuis locis videbitur. Plurimæ etiam aliorum allegationes mihi falsò aſſcribuntur,ita *allegat.*196.*pag.*175. Honorius 3. *ſumm. decret. de relig. dom. c.*

vel falsò mihi ſuppoſita.

36.*n.*9.*non à me q.*5.*n.*2.§.*& licet:*ſed à Rebuffo *ibid.citato* erat allegatus. *Allegat.*378.*pag.*245.Dominicus à S.Gemin.*in c.unic.de ſtat.Monach.in* 6.*n.*5.non à me *q.*4.*c.*2.*n.*5.ſed à Franciſco Ripa *in l.quo minus n.*107 *ff.de flum.*atque à S. Rot.Rom.*in deciſ.Trevirenſis unionis de* 29.*May* 1641.fuerat allegatus.

Videat autem hîc F.Romanus, quomodo ſe apud Illuſtr. Dn. de Rota purget,quando Dominici à S. Gemin.allegationem, duabus ranis veſpertinis circa Crepuſculum certantibus comparat;Sic allegat. 39.*pag.*112.*l.pupilli* §.*ſi pupilla ff.de ſol.*non à me *q.*1.*c.*3.*n.*5.ſed à Bart.ibidem laudato ita citabatur, quæ lex incipit *in Corpore Iuris l. pupilli* §. *cum pupilla ff. de ſolut.* Item *allegat.* 201.*pag.*176.*l.ſi ita ſcripſiſſet.ff. de legat.*2.nec à me *q.*1.*c.*1.*n.*12.*& q.*3.*n.*1.§. *ea igitur* ſed à laudato ibidem Romano *conſil.*256.fuerat allegata,licet in corpore Juris legatur hoc modo *l.ſi ſcripſiſſet* 46.*de legat.*2.

Tum *allegat.*218.*pag.* 182.Panorm.*in c.poſtulaſti de reſcript.* non à me *q.* 6.*c.*2.*n.*26.§ *forte* ſed à citato ibid.Everhard.*in Topicis in loc. à matrim. carnal. ad ſpirit.n.*10.citatus fuerat.Horum igitur Dd.non mea erant iſta dictis locis allegata à F.Romano falſo mihi aſſcripta.

F.Romanus in authoribus ſibi eſt contrarius.

Item *pag.*428.*n.*8. recenſet Catalogum Authorum à me in Eclipſi allegatorum,quos ad manum in hoc opere ſuo *aulæ & horti* non habuiſſe fatetur, interque eos numerat, *Albericum de Roſate, Alexandrum de Imola, Franciſcum Sarmientum,Henricum Boich, Hieronymum Cavallos, Ioannem Franciſcum Ripam,Paulum Caſtrenſem,Raphaelem Fulgoſum, cui junctus eſt Raphael Cumanus.*Et nihilominus ſibi *contrarius*,eos vel contra me allegat, vel falsò à me citari dicit,vel etiam condemnat,& quidem Alberic. *allegat.ſua* 423.*pag.* 288.niſi intelligat Albertum Brunum, quem allegat *pag.* 50. in *aula* ſuæ *Aſbeſto*;ubi etiam *n.*27.Alexandrum de Imola citat, ſicut Franciſcum Sarmientum

Digitized by Google

tum *horti paradox*.10.n.21.*pag*.444.Henricum Boich. *aulæ ſuæ Asbeſto n*.58.*p*. 51.Hieronymum Cævall.*allegat*.58.*pag*.118. Joannem Franciſcum Ripam *in Aula ſua Eccleſiaſt.asbeſto.n*.57.*in fin.pag*.67.*alleg*.325.*pag*.219. Paul. Caſtrenſem,*horti paradox*.15 *pag*.451.Raphaelem Fulgoſum, cui junctus eſt Raphael Cumanus,de quo incuſat me falſitatis *allegat*.94.*pag*.132. ſicut & de Hieronymo Cævallos.*d. allegat*.58.*pag*.118.ſed fruſtra,prout ſuis locis videbitur.

Denique quod F.Romanus *de falſitate* falsò me inſimularit, oſtendo ex ſubjecto Inſtrumento publico,quo JCti Celeberrimi prævia diligenti inſpectione ac relectione authorum à me citatorum teſtantur, eosdem à me in aſtri Eclipſi bene allegatos,adeoque me ab omni inſimulata falſitate liberum eſſe pronunciant,ita verò ſe d.Inſtrumentum habet.

F. Romanus convincitur ex ſubjecto inſtrumento, quod me falsò de falſis allegationibus inſimularit.

In Nomine Domini Amen. Tenore præſentis publici Inſtrumenti cunctis pateat,& evidenter ſit notum, quod anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, Indictione decima Veneris quinta Menſis Decembris,aliiſq; ſubſequentibus diebus,Pontificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Principis ac Domni Domni Urbani Divina providentia Papæ,ejus nomini Octavi, anno vigeſimo,coram Clariſſimis & Conſultiſſimis Dn.infra nominatis,rogatis & requiſitis Teſtibus, ſimul ac nobis ſubſcriptis ſacra Apoſtolica authoritate publicis, atque in Archivio S.Romanæ Curiæ inſcriptis & immatriculatis Notariis perſonaliter conſtitutus adm.Reverendus & Eximius D.Joannes Cruſius Societatis Jeſu Theologus expoſuerit,qualiter antehac in aſſerto quodam ſcripto anno adhuc iſto currente,die verò decima quinta Menſis Januarii exhibito, graviſſimis Injuriis affectus ſit,eo quod in ipſo injuſtè falſitatis,quaſi in Eclipſi ſua Baldum, alioſque Authores falsè allegaverit,inſimularetur, quod ipſum quoque per totum Romanum Imperium falſo rumore divulgatum eſſet, & quamvis ipſe velut perſona religioſa & Deo dicata, confictas injurias quantumvis etiam graviſſimas,quod ipſum concerneret,lubens contemneret & rideret: Attamen cum ipſe in medio virorum Religioſorum degat, quibus non tam vitæ innocentia,quàm etiam quoad alios famæ integritas,neceſſaria ſit; Ideò, ne ſuo fortè ſilentio univerſæ Societati Jeſu, cujus ipſe membrum eſſet & ſcriptor,vel minima aliqua macula aut labecula immeritò aut injuſtè affletur,neceſſarium eſſe omninò duxerit,coram Nobis ſupradictis tam Teſtibus quàm Notariis allegatum ſcriptum inſimulatorium, Aſtrum inextinctum Scioppii & F.Romani Hay,Eclipſin ſuam Aſtri,de qua agitur,Baldum,Jaſonem,Alexandrum,Innocentium,Archidiaconum,Deciſionem Rotæ Romanæ Trevirenſis unionis de 29. Maii 1641.coram R. P. Dn. Veroſpio, Mandoſum, Cardinalem Zabarellam,Menochium, Gloſſam Juris Canonici & Civilis, Caſtrenſem,Angelum,Bertachinum,Igneum, Azorium, Salam, Eraſmum Chocquier,Valerium Reginaldum,Laymannum,Lavandam, Geminianum, Ripam, Navarrum, Conſtitutionem Julii 2. Papæ de anno 1503. 6.Kal. De-

cembr. Servatium Lairveltz, ipſum Jus Canonicum, Panormitanum, Cardinalem Vitriacum apud Myræum, Albanum, Albericum de Roſate Trottum, Conſtitutionem Papæ Clementis VIII. de anno 1603. 19. Martii, Boëriū, Suarez, Statuta Præmonſtratenſia, Alvinum, Tamburinum, Conſtitutionem Alexandri Papæ 3. in Conſpectu Nobilium ac Clariſſimorum Virorum ac DD. Gabrielis de Bruin J.U. Licentiati Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi ArchiEpiſcopi ac Principis Electoris Moguntini ac diverſorum Comitum Conſiliarii, Joannis Romswinckel, Henrici Deckhoven/ Henrici Lipmann, Walrami Blanckenberg/ Vinandi Gymnici & Stephani Spormächer J.U. Doctorum Eminentiſſimi & Reverendiſſimi ArchiEpiſcopi Colonienſ. nec non Sereniſſimi Palatini Neoburgici Commiſſariorum, Conſiliarii & reſpectivè alti Electoralis & Niederich judiciorum Colonienſium ViceComitis, Scabini & Advocatorum celeberrimorum in medium producere, prout facto & realiter produxit, requirens ac petens, d. ſcriptum inſimulatorium per Nos inſpici, illudque, nec non allegationes d. Eclipſeos, tum etiam d. Deciſionis S. Rotæ Romanæ Trevirenſ. unionis cum præfatis authoribus diligenter conferri, ac deinde collatione, inſpectione, & examine factis teſtari, teſtatumque facere, utrum ipſe fideliter vel perperam antedictos authores allegaverit, atque in allegationibus ſuis falſitatem commiſiſſe dici poſſit. Quare ſupra nominati Nobiles & Clariſſimi Domini Doctores præſentes, loca plerorumque Dd. à R. P. Cruſio citatorum inſpexerunt, ac ita prout ab ipſo citabantur, ſeſe habere deprehenderunt. Inſuper Nos infra nominatos Teſtes ac Notarios rogarunt, ut omnia & ſingula loca authorum Citatorum diligentius inſpiceremus examinaremuſque, ac cum allegatis conferremus. Unde Nos aſſumpto Nobili ac Clariſſimo D. Hieronymo Verhorſt. J.U D. quod Nobilis D. Benonius. J.U. Licentiatus Sereniſſimi Electoris Colonienſis Commiſſarius aulicus, identidem impediretur, quo minus Collationi authorum continuò intereſſe poſſit, ad præd. R. P. Cruſii requiſitionem, poſt hunc ipſum diem 5. Menſis Decembris anni 1642. & deinceps uſq; ad annum 1643. mentionatum ſcriptum, ſinguloſque authorum locos ſupra notatos, ac ipſam Rotæ Deciſionem Trevirenſis unionis de 29. Maij 1641. diligenter inſpeximus ac mutuo contulimus, tum prout ſeſe habebant, ſingulatim ex ordine retulimus, quin etiam Nos reſpectivè infra nominati teſtes, eoſdem identidem uſq; ad 8. Maij anno 1643. revidimus.

Baldus. Et quidem 1. in d. ſcripto ſub §. 1. inſimulabatur R. P. Cruſius, quaſi ipſe q. 1. *Eclipſ. c. 1. n. 4.* falsò & malè allegaſſet Baldum in l. ſicut §. in Decurionibus. ff. quod cujuſque univerſ. nom. ita recitando. *Immo quæro, quid ſi nullus remanſit in Collegio, utrum per hoc Collegium dicatur diſſolutum &c. Iſta eſt opinio Ioan. &c. ſed Innoc. dicit aliter. in c. cū ex injūcto. de nov. oper. nun. ubi ſic diſtinguit: aut Collegium eſt deſtructum authoritate Superioris, aut caſu, puta mortalitate, primo caſu eſſentialiter & effectualiter deſinit eſſe Collegium, & perdit Privilegia;*

legia; ſecundo caſu definit eſſe Collegium, quantum ad Iuris intellectum. Cùm tamen Baldus ex editione Veneta recentiore de Anno 1585. d. ſecundum membrum diſtinctionis ex Innoc. allegatæ negârit, *ſecundo caſu* (inquiens) *non definit eſſe Collegium, quantum ad Iuris intellectum.* Inſpecta itaque, & d. Eclipſi, & Bald. cit. contulimus allatum Baldi locum primò cum Aſtrologia Caſpari Scioppii, ex officina Sange-Orgiana, de Anno 1634. fol. 115. q. 1. n. 38. Item cum Aſtro inextincto F. Romani Hay, q. 1. n. 39 pag. 48. col. 1. ſententiiſque præambulis ejusdem loco. 37. Deinde cum antiquioribus editionibus Baldi Veneta antiquiore per Andream de Torreſanis de Aſula de 1493. die 16. menſis Octobris fol. 200. col. 3. &c. Item cum editione Lugdunenſ. de anno 1517. per Magiſtrum Jacobum Saccon. fol. 205. col. 2. Item cum editione Lugdunenſi per Magiſtrum Johannem Moulin de anno 1527. fol. 186. col. 3. Item cum editione Lugdunenſ. de anno 1539. fol. 186. col. 3. Item cum editione Lugdunenſ. ex officina Gaſpari Drechſel de anno 1547. fol. 186. col. 3. Item cum editione Lugdunenſ. de anno 1549. fol. 186. col. 3. ex d. officina Gaſpari Drechſel. Itē cum editione Lugdunenſ. de an. 1551. fol. 186. col. 3. &c. Item cum editione Lugdunenſ. de anno 1558. per Nicolaum Baccaneum. fol. 186. col. 2. Item cum editione Lugdunenſ. de anno 1585. fol. 215. col. 2. Item cum editione Taurinenſ. de anno 1576. apud hæredes Nicolai Bevelaque, fol. 215. col. 2. & invenimus ſpecificatas Editiones Baldi cum d. Eclipſi planè concordare, & ſecundum diſtinctionis ibidem ex Innoc. allatæ membrum affirmativè, prout ſupra, legi, idemque ſimili modo affirmativè à dd. Scioppio & F. Romano Hay, contra quos R. P. Cruſius ſcripſerat, allegari. In alia verò Editione Veneta Baldi apud Juntas de anno 1586. notatum fuit, primò, quod §. in decurionibus, ibidem referatur ſub l. ſi tibi, quæ numeratur ibi, nona. Cum alioqui d. §. in Decurionibus, juxta editiones varias ipſius Corporis Juris, & juxta præcedentem Baldi Editionem Taurinenſ. referatur. ad l. ſicut. 7.

Item notatum fuit, quod ex d. Editione Veneta in d. §. in Decurionibus fol. 196. col. 4. ſecundum allatæ ex Innocentio diſtinctionis membrum ibidem negativè legatur, contra antiquiores editiones. Cùm tamen hæc poſterior Editio per ſequentia formalia frontiſpicii in primam ff. veteris partem. *Hac in editione non ſolum omnes alias, ſed & noſtram ſuperavimus, veteribus Exemplaribus conferendis, & ex iis veram, antiquamq; lectionem reſtituendo, quod vel iniqui Iudices velint nolint fateantur, neceſſe eſt, ne lucem meridie non videre tam falsò mentiantur,* dicatur emendatior edita.

2. In d. ſcripto inſimulatorio allegatus eſt Baldus, tanquam q. 1. c. 1. *Baldus.* Eclipſ. cujus intitulatura eſt, an Monaſteria ut Collegia Religioſa ſint extincta, accipiendo Collegia Religioſa pro congregatione Perſonarum Religioſarum; contrarius utpote, qui in margarit. verb. civitas. collegia &c. doceret, collegium per mortem omnium Collegiatorum diſſolutum habere adhuc Juris intellectum. At Nos inſpicientes Baldum in margarita verb. civitas collegia,

Digitized by Google

legia &c.juxta editionem Francof.& Venetam de anno 1570.iſtic invenimus eum ita loqui. *Civitas, Collegia, Eccleſia, omnia iſta poſſunt deſtrui authoritate Superioris,cauſa cognita,& tunc perdũt omnia privilegia Civitatis & Collegii & c. Si autẽ de facto opprimatur à prædonibus & Latronibus vel Tyrannis, & capiatur & deſtruatur Monaſterium, Eccleſia,vel civitas,tamen ſine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu, & extat anima, ut ita dicam,quaſi ſine corpore, & retinet omnia privilegia. ut ff.de fidejuſſ.l.mortuo.de petit.hæreditatis. l.hæreditas. & ipſi ſemetipſos reædificare poſſunt: & ſi nemo vivit,ſuperior reſtaurat: & privilegia exemptionis,& cætera jura,quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure ſecundum Innoc.qui hoc notat in c.cum ex injuncto.de nov.oper.nunc.fol.529. n.2.& facit ff.de leg 3 l.Pater §.Tuſculanus. Et eſt ratio differentiæ, quia quando de jure deſtruitur,titulus caſſatur,ſed facti calamitas titulum non aufert, nec nomen,ut ff.de ſerv.Vrb.præd.l.ſervitutes. §. ſi ſublatum. & l. eum debere columnam.cum ſim.& not.* Iſta Bald.

Idem. 3. Allegabatur in ſupra dicto ſcripto Baldus in l.ſi grege legato.22.ff. de leg.1,quem inſpicientes invenimus ibidem n.1.ex Editione Taurinenſ.de an. 1576.fol.123.col.4.generatim non allegato ullo textu juris, aut etiam certo authore,quod ſpectat ad durationem habitualem Collegii emortui &c. ita loqui. *Duplex eſt Vniverſitas,quædam facti & numeri,ut hîc:quædam habens Iuris intellectum,ut collegium,ut notat Innoc.in c.gravem,de ſent.excom.& tunc etiam omnibus mortuis durat collegium habitu, licet non actu, & durant jura collegii,& privilegia ejus,ſecus ſi deſtruatur per ſuperiorem,quia tunc non durat collegium,ut not.Innoc x. de nov.oper nunc.c.cum ex injuncto.* Hæc Bald.

Innocentius. Innocentius verò in c.cum ex injuncto. de nov. oper. nunc. à Bald. ibi allegatus,ſecundùm Editionem Venetam de anno 1570.fol.314.col.1.n.2.ita inquit. *Not.quod quando Eccleſia vel civitas,ſive alia loca ſive ſacra ſive profana,authoritate ſuperioris deſtruuntur,propter delictum eorum,de cætero nullus debet vocari Clericus illius Eccleſiæ,vel municeps illius loci, & ille locus privilegium perdit,ut hîc &c.ſi autem ab hoſtibus deſtruatur, tunc retinet omnia privilegia ſua,& antiqui Clerici remanent ibi.7.q.1.paſtoralis.19.q.3.quæ ſemel. & idem videtur,ſi authoritate Superioris transferatur in alium locum, vel alii uniatur, ut not.ſupra.ne ſed.vac.c.1.ſupra.de rel.dom.quia monaſterium. Et idem intelligitur in Civitate,& aliis locis profanis.arg.ff. de contrah. empt. ædem. Hoc autẽ & certũ eſt,quod ſi aliquæ Eccleſiæ occupentur ad tempus à Tyrannis, ita quod non poſſunt inhabitare ibi Clerici, quod Eccleſia retinet ſua privilegia,& ſuos Clericos, licet ſint ejecti. Vnde videtur,quod ſi expediat Eccleſiæ, vel Clericis illius Eccleſiæ facere aliquem contractum vel Prælatum,vel quidquid aliud, quamvis hæc ordinariè facienda eſſent in Eccleſia,ſupra de elect. quod ſicut. tamen propter neceſſitatem fient alibi.23.diſt in nomine. Et etiam, quod plus eſt, ſi tyranni darent facultatem Clericis eundi ad Eccleſiam ſic invaſam, & etiam ibi ſemper aliqui*

aliqui Clerici remanſerunt, & etiamſi non timeatur de impreſſione, dummodo illi, qui exierunt, juſto timore, vel alia juſta cauſa exierint, ſi ſit major pars illa, quæ eſt in Eccleſia, debet ad forinſecos exire, niſi poſſet redire cum bona & perpetua pace vel honeſta. Deinde Innoc. ex eadem Edit. Veneta, Francof. in c. gravem. n. 1. de ſent. excomm. fol. 331. à Baldo eodem loco citatus, ad hoc quod quædam Univerſitas habeat juris intellectum, ita loquitur: *Quia Vniverſitas, ſicut eſt Capitulum, Populus, gens, & hujusmodi nomina, ſunt juris & non Perſonarum, ideò non cadit in eam excommunicatio.*

4. Allegabantur à R. P. Cruſio Jaſon in l. poſſeſſio. §. municipes n. 9. & Alexander ibidem ad col. 2. n. 8. de acquir. poſſeſſ. tanquam docentes, *Iaſon.* quod Univerſitas ſit Perſona ficta repræſentans viventes: non autem mortuos, quos repræſentat hæreditas jacens, allata duplici ratione. Ita enim loquitur Jaſon ex editione Lugdunenſ. de Anno 1556. fol. 62. col. 2. *Tertiò, not. ſecundum intellectum glo. & Bart. & magis communiter approbatum, quod perſona ficta & repræſentata, id eſt, univerſitas poteſt poſſidere: eo quia repræſentat perſonas viventium, ſecus ſi repræſentat mortuum, ut eſt hæreditas jacens, quæ repræſentat defunctum. l. mortuo. ff. de fidejuſſ. & l. hæreditas. la. 2. ſupra tit. 1. quia illa non poſſidet. l. 1. §. Scævola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ. fuerit. Confirm. Bart. quia hæreditas jacens cum repræſentat Perſonam defuncti, non poteſt habere uſumfr. l. uſuſfr. in pr. ff. de ſtip. ſeru. l. hæreditas. la 2. in fin. ſupra tit. 1. Et tamen Vniverſitas vel civitas; quia, repræſentat Perſonas viventium, bene poteſt habere uſumfr. l. an uſuſfr. ff. de uſufr. & in l. ſi uſuſfr. municipibus. ff. de uſuſfr. leg. ſed cave, in quantum Bartol. facit differentiam inter hæreditatem & univerſitatem, quia textus, quem allegat Bart. in l. mortuo. ff. de fideiuſſ. aqui; arat. nam dicit ibi formaliter textus, quod ſicut hæreditas repræſentat perſonam defuncti, ita Municipes, Curia & Societas, ſed dic, quod ibi dictio, ſicut non facit omnimodam ſimilitudinem, ſicut dicit glo. in l. Iulianus ff. de hæred. inſtit. ſed ſicut hæreditas repræſentat Perſonam defuncti, ita Vniverſitas repræſentat perſonam viventium.* *Particula ſicut.*

Alexander verò in d. l. poſſeſſio, §. municipes. ex Editione Veneta. de Anno 1489. fol. 70. col. 4. ita loquitur: *quærit hic* Batt. *an ſi moriantur omnes* *Alexander.* *de Collegio, vacet poſſeſſio. Hæc fuit q. gloſſ. in l. ſicut. §. fin. ſupra quod cujusque univ. ubi glo. refert. opi. Et concludit, quod ſi loquimur in Collegio ſæculari, tunc vacare intelligitur poſſeſſio omnibus mortuis, ſicut per mortem defuncti poſſidentis vacare dicitur ſua poſſeſſio. l. cum hæredes. in principio. inf. eodem. & d. §. Scævola. Si quærimus de Collegio Eccleſiaſtico, ut de Eccleſia Collegiata vel alia, tunc ſi omnes mortui ſunt, dicit ſecutus opi. Innoc. in c. cum ſuper. de cauſ. poſſeſſ. & prop. quod non vacare: & intelligitur rejecta opinione. glo. in d. l. ſicut §. fin. quæ dicit, quod Vniverſitas Eccleſia poſſidet, quod eſt fatuum dicere, cum oporteat, quod inſtrumenta, per quæ poſſidemus, ſint habilia ad id quod concernit id, quod facti eſt, ut corpus & animus, l. 1. §. 1. verſ. certum,*

Digitized by Google

certum ſupra eodem.Tenet igitur Bartol.quòd poſſeſſio dicitur tunc eſſe apud Chriſtum vel univerſalem Eccleſiam.

Baldus. 5. Allegatur in d.ſcripto contra d.q.r.c.1. Eclipſ. Baldus in l. ſicut. §. ſi quid.n.1.verb.ſolutum.ff.quod cujusque univ. nóm. tanquam in glo. *ſi nemo manſit,Collegium eſſe ſolutum.ad verb.gloſſ.ſolutum.*ita commentaretur Baldus. *Tu dic, quod adhuc Iuris intellectum habet,cum non ſit de jure d ſtructum; ſecus ſi de jure eſſet deſtructum.de leg.3.pater.§.Tuſculanus, & non dicitur exiſtere primo caſu,ſed vacare &c.* At inſpectis variis Baldi exemplaribus deprehenſus eſt hic locus Baldi citatus,valde variare,& quidem ita, ut in Veneta editione antiquiore de anno 1493.omnino non contineatur,in alia tamen editione recentiore Veneta apud Juntas de anno 1586.reperiatur quidem ipſe locus,ſed in additione tantum Baldi ad l.ſicut municipum.fol.196. col. 3. in verb. ſolutum,non vero ſub l.ſicut.§.ſi quid.

Deinde invenimus, quod in d. ſcripto prætereantur Authores ibidem à Baldo citati, qui ſunt Innocentius & Archidiaconus. Ita enim loquitur Baldus d l.*Tu dic,quod adhuc juris intellectum habet, cum non ſit de jure deſtructũ arg. inf.de petit.hæred.l.hæreditas.& de hoc not.Innoc.de nov. oper. nunc.cum ex injuncto.ſecus ſi de jure eſſet deſtructum. de leg. 3.pater. §.Tuſculanus, & non dicitur non exiſtere primo caſu,ſed vacare,ut not.Archid. de reſcript.ſi gratioſe.in glo.mirabiliter.*

Innocentius. Ex his Innocentius in c. cum ex injuncto de nov.oper. nunc. de anno 1570.Francofurti ad Mœnum editus,fol.529. col.3. n. 2. agit tantum de locis ſacris authoritate ſuperioris deſtructis, aut Clericis ab eisdem locis ſacris per hoſtes ejectis, ut videre licet ex ejusdem Innoc.verb.hic ſupra n.3.relatis,quæ incip.nor.quod quando Eccleſia &c.

Archidiaconus. Archidiaconus verò ibidem à Baldo citatus in c.ſi gratioſè. verb. mirabil.de reſcriptis in 6.juxta editionem Lugd.de anno 1534 fol.6. col.1. agit de ſede aut imperio,vel ſimilibus vacantibus,quæ ſint res inanimatæ, voluntate carentes,quæ etiam mortuis perſonis maneant, non autem agit de ipſo Collegio emortuo.Ita enim ait: *mirabile videtur hac litera cõtinere.Cum ſedes ipſa ſit res inanimata,voluntate carens ſive beneplacito,*& paulò poſt. *unde licet Perſona Prælati eſſe deſinat,dignitas non dicitur non exiſtere, ſed dicitur vacare, hoc eſt,adminiſtratione juris & facti carere,hinc eſt,quod ipſa dignitas ſive ſedes dicitur non mori &c.*

Lucas de Penna. 6.Allegabatur à R.P.Cruſio Lucas de Penna.in l.2.verb.collegio. C. de Curialibus Urbis Romæ,tanquam doceret, quod Collegium ſubinde accipiatur pro ipſa ſede ſeu loco collegii, prout à nobis repertum eſt, quod ipſe Lucas cit.loc.impreſſ.Lugd.de anno 1544.fol.130.col.4. Collegium accipiat pro ſede aut loco collegii,ſcilicet pro Curia,Schola &c. Ita enim ait in *verb. Collegio.Hic not.ſecundum quosdam,quod Corpus,Collegium, Civitas, Officium, Vniverſitas,Schola,Curia,placitum idem ſignificant.*

7.Oſten-

Digitized by Google

7. Oſtendebatur à R. P. Cruſio deciſio Rotæ Romanæ Trevirenſ. Unionis. de 29. Maij. 1641. coram R. P. Dn. Veroſpio &c. in qua aſſerebatur, quod *Collegii exempti prius per hæreſin deſtructi, poſtea emortui bona tranſeant in poteſtatem Romanæ Eccleſiæ, & Summi Pontificis vices Dei gerentis, cui cenſeantur illa ab initio fuiſſe donata ex Bald. in l. hæreditas, n. 8. de hæred. inſtit. & glo. in l. ſicut. § in decurionibus. ff. quod cujusq; univ. nom. In verb. Nomen. Ripa in l. quo minus. n. 107. ff. de fluminibus.* & aliis ibidem citatis Authoribus, & contra ab eodem Patre aſſerebatur ſupra dictum ſcriptum inſimulatorium, in quo diſſimulata d deciſione Trevirenſ. Union. (in qua citatus erat Baldus) præmiſſa propoſitio ita interpolata aſſerebatur. *Monaſterium non exiſtens in immediata ſubjectione Pontificis cum bonis & pertinentiis tranſit in immediatam poteſtatem & diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ, excluſis immediatis Superioribus, eo ipſo, quod ab hæreticis violenter occupatum, & omnes perſonæ caſu mortuæ fuiſſent*, & mox ibidem in d. ſcripto ſubjiciatur, *quod Baldus alibi*, nullo certo allegato loco, *illud non ſentiret, imò ne quidem ſomniaret*. At inſpicientes & d. Deciſionem Rotæ, impreſſ. Romæ apud Typograph. R. Cameræ. in princ. hujus numeri. 7. relatam, & ibidem paulò poſt ſubjecta ipſius ſcripti inſimulatorii verba, ita ſeſe habere invenimus. *Rota Rom. Trevirenſis Unionis 29. Maii 1641.* *Baldus.*

Deinde inſpicientes Baldum Lugd. impreſſ. de Anno 1585. in l. hæreditas. 34. n. 7. & 8. de hæred. inſtit. fol. 78. col. 3. invenimus, hæc ibidem recitari verba. *Id quod relinquitur Monaſterio, relinquitur Deo immortali, unde licet deſtrueretur Monaſterium, ſaltem caperet Eccleſia Romana, quæ repræſentat Deum ubique locorum, & videtur eſſe ubique. Sicut dicitur in fiſco. in l. 1. de quadrien. præſcript. C.* Ita ſimiliter in Ripa impreſſ. Lugd. de anno 1554. in l. quo minus. n. 107. ff. de fluminibus. fol. 67. col. 1. invenimus ſequentia formalia verba &c. *Similiter deſtructo Monaſterio ut nunc (prô dolor) evenit in Alemannia propter hæreſin Lutheranam, amittuntur jura Monaſterii ſecundum Bald. in proœm ff col. 1. & bona applicantur ſuperiori tanquã vacantia ſecundum Panorm. in c. recolentes. de ſtat. Monach. & ſic Papæ ſecundum Gemin. in c. 1. verb. confirmatos. per illum text. in c. no. de rel. domib. in 6. Hæc Ripa &c. de glo. in d. l. ſicut videbitur ſupra.* *Ripa.*

8. Allegabatur per R. P. Cruſium Quintiliani Mandoſii praxis & Theoria commiſſ. commiſſ. 26. quæ compulſorialis inſcribitur, in qua q. 2. §. hæc concluſio &c. aſſeritur, *quod Dn. Compulſor ſecundum ſtylum Romanæ Curiæ ſit tantum merus executor*, prout etiam in Mandoſio ſecundum editionem Venetam de Anno 1585. apud Marcum Amadorum, d. comm. 26. fol. 64. col. 2. inſpecto, invenimus, ex Compulſorialium formula comprobari, quamvis ipſe ibidem ex ſuo privato judicio exiſtimet, illam formulam eſſe immutandam. *Quintilianus Mandoſus.*

9. Allegabatur in ſupra d. ſcripto, quod in q. 3. n. 19. Eclipſ. §. hinc omnino &c. Baldus in proœm. ff. per Aſteriſcos, & malè ſub n. 5. & mutilè, omiſſa *Baldus.*

particula perpetuò, citaretur, ſiquidem in Eclipſi ita referretur. d. locus Baldi: *Si aliqua civitas deſtruatur eo quod ejus incolatus deſeratur, ibi deinceps non eſt ponendus Epiſcopus, quia ubi amplius populus fidelium non eſt, non poteſt eſſe Epiſcopus.* A Baldo verò ipſo ſub hoc verborum tenore: *ſic Civitas deſtruitur, ſi ejus incolatus perpetuo deſeritur, non eſt ibi deinceps ponendus Epiſcopus.* At inſpecta Eclipſi invenimus ſupra citata verba, non Aſteriſcis, ſed Sicilico eſſe notata.

Deinde advertimus, modo recitata verba contineri ſub n.5. in Baldi editionibus vetuſtioribus Lugd. impreſſ. de anno 1547. fol. 2. col. 2. Item de anno 1551. fol. 2. col. 2. licet in Edit. Lugd. recentiore de anno 1585. fol. 2. col. 2. habeantur ſub n. 10.

Ad hæc quod aſſerebat R. P. Cruſius à ſe in d. q. 3. c. 3. Eclipſ. n. 19. non tam ipſa Baldi verba, quam verborum ejuſdem ſenſum, & quidem ſpeciatim quoad perpetuam Collegii deſertionem per mortem omnium collegarum, quæ immediatè ante modò citata verba in ſupra cit. loc. Eclipſ. inculcabatur, expreſſum; cum ipſemet Baldus in c. Imperialis. §. Nos Romanorum. verſ. ſed ex parte civitatum, de pace conſtantiæ, ſignificationem vocis in perpetuum, vel perpetuò reſpectu durationis Civitatis (cui Eccleſiam comparavit idem Baldus in Margar. in verb. Civitas, Collegia, Eccleſia) ad uſque vitam ejuſdem Civitatis definiat, & non ultra porrigat. Ita quippe ait: *ſed ex parte Civitatum exponitur in perpetuum, id eſt, uſque ad vitam Civitatis, nam Civitas mori poteſt &c.* Nos inſpecta Eclipſi reperimus, iſtic Baldum non verbotenus recitari, & ab eodem in Margarita, cum Civitate conferri Eccleſiam, ac demum in d. c. Imperialis §. Nos Romanorum. verſ. ſed ex parte Civitatum, ex Edit. Lugd. de anno 1588. ſuper feud. fol. 87. col. 4. in fin. & fol. 88. col. vocem perpetuum, iiſdem omninò verbis à Baldo explicari.

Cardinal. Zabarella. 10. Allegabatur in ſupra dicto ſcripto, quaſi ratio dubitandi Cardinalis Zabarell. in Clem. in pleriſque. q. 2. de Elect. pro conſtabilimento Eclipſeos afferatur, & quidem minus fideliter, eo quod in Eclipſi d. q. c. 1. n. 4. ita referatur? *Collegium eſſe deſinit ſublatis perſonis illius.* In Cardinali verò ipſo. d. l. hæc ratio ita referatur: *Remotis Perſonis Collegii deſinit eſſe Collegium.*

At inſpecto Cardinale Zabarellâ in d. Clem. in pleriſque in q. 2. de Elect. col. 4. impreſſ. Venetiis, anno 1481 28. Januarii, per Joannem Magnum de Selgenſtadt invenimus quidem, d. ſententiam proponi tanquam rationem.

Bertachinus. Inſuper reperimus, quod Bertachinus in 1. parte repertorii impreſſ. Lugd. anno 1552. in verb. Collegium. fol. 207. col. 3. ſupra recitata verba, quemadmodum ea in Eclipſi ſupra cit. loc. nunc leguntur, eodem modo recitet, ac Cardinali in d. Clem. in pleriſque. q. 2. de Elect. tribuat, inquiens, *Collegium eſſe deſinit ſublatis perſonis illius. Card. in Clem. in pleriſque 2. q. 2. de Elect. per l. 3. de Colleg. illicit.*

Adhæc

Ad hæc notavimus, quod ex Baldo nobis oſtenſo & impreſſo Lugd. de anno 1585. in d.c. Imperialis. §. Nos Romanorum. n. 10. juncto. n. 8. præcedente fol. 88. col. 1. tolli & removeri &c. Item ex Menoch. lib. 3. Conſiliorum impreſſ. Francofurti, anno 1594. conſ. 281. n. 27. & 28. fol. 201. col. 2. ſublatum & remotum tanquam ſynonyma accipiantur. Cum Menoch. d. l. Regulam illam, *cauſa remota removentur & omnes effectus, qui ex ea* prodire poſſunt, mox ita reddat ac recitet, *ſublata radice tolluntur etiam omnes effectus, qui ab ea prodire poſſunt.*

11. Allegata in Eclipſi q. 1. c. 1. n. 4. fol. 6. col. 1. verb. gloſſæ. in c. ſtatutum. 122. de Elect. in 6. in verb. collegiatas, ita ſe habere invenimus. *Dico & breviter, quod ſi Collegium ibi deſinat eſſe, puta Canonicorum morte, locum habet decretalis, quia alii habent ſubſtitui, & ſi hoc non faciant hi, ad quos primò pertinet infra debitum tempus, ad Superiorem devolvetur, & ſic de ſingulis uſque ad Papam, & Ius Collegii bene remanet in uno, quod dic, ut not. ſupra, de poſtul. gratum. Si autem deſtruatur Collegium ſuperioris authoritate, puta quia hoc facit ex cauſa, tunc non habebit locum Decretalis.* Hactenus verba Gloſſæ ex iis in d. ſcripto inſimulatorio. & § omiſſa ſunt ſequentia verba. *Et jus Collegii bene remanet in uno & c.* **Glo. Canonica**

12. Allegata fuit in d. q. 1. Eclipſ. c. 1. n. 3. fol. 6. col. 1. Gloſſa in l. ſicut, §. in Decurionib. in verb. nomen Univerſitatis ff. quod cujuſque. univ. nom. quæ ita verbotenus habet. *Item quid ſi nullus omnino remanſit; Reſpondet Iohan. ſolutum eſſe Collegium, & res in nullius bonis ſunt, ſicut & hæreditaria; ſed tamen, ſi poſtea authoritate Papæ, vel ejus, ad quem ſpectat cura ejuſdem Collegii, inſtituatur aliquis in eodem Collegio, juris artificio fingitur illius fuiſſe &c. verum tamen id eſſe videtur, ut nullo modo dicantur eſſe ullius, ſcilicet ab eo tempore, quo ſolutum eſt Collegium, ſed ipſo jure ſint Fiſco vel Papæ quæſita, ut inf. de publican. & vect. l. commiſſa. & de jure fiſci. l. 1. §. an bona. l. Imperatores &c. & hoc quantum ad dominium, ſecus tamen quantum ad poſſeſſionem.* Hactenus Gloſſa, pro qua in d. ſcripto inſimulatorio ſub §. 5. vidimus ſupponi Caſtr. in d. l. ſicut §. in Decurionibus. n. 7. & Angel. in d. l. ſicut n. 3. & in rubric. de colleg. illic. Item Bald. in l. ſicut ſupra cit. n. 8. **Gloſſa Civilis.**

Quibus etiam inſpectis invenimus 1. quod Paulus Caſtrenſ. impreſſ. Lugdun. anno 1553. fol. 122. col. 4. tradat, gloſſam ſimpliciter cenſere, morte omnium Collegarum diſſolutum eſſe collegium. Ita enim ait 1. *in glo. ibidem. Item quid ſi nullus remanſit, hic occurrit duplex dubium, 1. an deſinat eſſe Vniverſitas, & Gloſſ. hic ſimpliciter videtur dicere, quod ſic. Nec obſtat iſte textus, quia loquitur, quando ſaltem unus remanſit, qui poteſt omnes repræſentare, ſed hic nullus remanſit, &c. & ſic non eſt, qui repræſentet, quod etiam tenet Gloſſ. in c. ſtatutum. de Elect. lib. 6.* moxque ſubjungit ibidem Caſtr. *intellige hoc dictum, quod deſinit eſſe actu, non tamen in habitu, quod patet, quia non pereunt privilegia Vniverſitatis, ut not. Innoc.* **Paulus Caſtrenſis.**

in c.cum ex injunᵭo.x.de nov.oper.nunc.quia ſperantur alii ſubſtitui, & tunc redibit de habitu ad actum: hoc tamen verum, quando deſtruitur Univerſitas, caſu fortuito & propter mortem: ſi autem authoritate Superioris propter eorum delictum, tunc deſinit eſſe in actu & habitu, & omnia ſua privilegia pereunt, etiamſi perſonæ extarent, nec poſſunt amodo dici de illa Univerſitate, ſecundum Innoc. in eodem loco, & probatur inſ. quibus modis uſuſfr. amittitur. l. ſi Uſuſfru. civitati.

Angelus. Inſuper in Angelo in d.l.ſicut n.3. vel in l. ſi quid. n. 3. ex Edit. Lugd. de anno 1542. fol. 106. col. 4. non invenimus, quod ipſe aſſerat, gloſſam in d. l. ſicut. ſentire, Collegium morte omnium non eſſe extinctum, ſed quod ipſe iſtic tradat. Et *Adde*, inquiens, *quia ſi Collegium eſſet diſſolutum, morte omnium de Collegio, tunc bona non confiſcabuntur, quia Collegium revocabitur ſecundum Ioan. Andr. de Elect. ſtatutum*: quod etiam approbatur in Eclipſ. q. 4. c. 2. n. 2. fol. 137. col. 1. & 2. At de eo non agitur d.q.1.c.1. Eclipſ. Angelus in Rubric. de Colleg. illic. ex Edit. Veneta. anno 1579. fol. 158. col. 2. in fin & col. 3. in princ. ita ait: *Et per hoc declaratur, quæ intelligatur & ſit Eccleſia Collegiata, & de hoc eſt caſus in c. præſenti. de off deleg. lib. 6. & dicit Ioan. Andr. de Elect. c. ſtatutum. lib. 6. quod cum plures in eo loco ſunt ad cognoſcendum, an ſint, ut Collegium, eſt conſiderandum, an aliquis ſit hic ut caput, alii ut membra, tunc eſt Collegium, alias ſecus Et quod ſi diſſolvitur Collegium authoritate Superioris, deſiit eſſe Collegium, & pereunt privilegia, ſecus ſi diſſolvitur morte, cum ſint alii ſurrogandi.* Hæc ille. In quibus nulla mentio fit Gloſſæ in l. ſicut. §. in decurionib ff. quod cui. univ. nom. de Baldo in l. ſicut. §. ſi quid. in verb. ſolutum, jam ſupra, n. 5. viſum eſt.

Albanus. 13. Afferebatur à R.P. Cruſio Alban. in Apoſtilla ad Bartolum in l. *ſicut. §. in Decurionibus in verb. licet perſona. ff. quod cujusque univ. nom.* tanquam tradens, quod jus Univerſitatis, in uno ſolo retineatur, & quidem in eo tantum caſu, in quo ſubeſt ſpes, ut alii in locum deficientium ſubrogentur &c. Nos inſpicientes Alban. in Apoſt. ad Bart. impreſſ. Baſileæ. anno 1589. invenimus eum, cit. loco. fol. 371. col. 1, ita loqui: *Vide Iaſon in l. ſi grege. ff. de leg. 1. & quæ plenè poſui ſupra in l. nulli. n. 2. hoc eodem tit. ubi etiam habetur not. limitatio ad hunc textum in §. decurionibus, non ſemper Univerſitatis jus in uno ſolo retineri, ſed in eo tantum caſu, in quo ſubſit ſpes, ut alii in locum deficientium ſubrogentur.* Hæc Alban. qui in Apoſt. ad d. l. nulli. in verb. quærit gloſſ. fol. 368. col. 2. ita ait: *Limita tamen hoc, quod prædiximus, ſcilicet, jura totius Collegii in uno ſolo retineri, ut procedat ſolum, quando ſubeſt ſpes, quod alii in locum deficientium ſubrogentur, alioquin verò, ubi nulla eſt ſpes, uti hodie eſt in Senatore Romæ, qui ſolus eſt, & nulla eſt ſpes, ut alii Senatores creentur. Ita dicunt Alber. Bald. & Angel. in l. non ambigitur ff. de ll. id quod memoratu dignum eſſe cenſeo. Et* paulo poſt objectionis reſolutionem ita concludit: *quare limitatio prædicta veriſſima eſt & memoratu digniſſima.*

Franciſcus Aretinus. 14. Afferebatur ab eodem R.P. Cruſio Franciſcus Aretin. in l. grege legato de legatis. 1. n. 3. verſ. hoc tamen limitatur, qui d. l. impreſſ. Lugd. 1553. fol. 245. col.

245.col.4.à nobis inſpectus ita dicit:*hoc tamen limitatur notabiliter per Bald. & alios in l.non ambigitur.ff.de legibus,videlicet,quod jus Univerſitatis non reſidet in uno,quando non eſt ſpes,quod Collegium reſtauretur amplius &c.*

15. Allegabatur ab eodem R.P.Cruſio Marianus Socinus in c. dilecta. *Marianus Socinus.* de exceſſibus prælat.n.89.q.18.qui impreſſ.Parmæ,anno 1574.fol.89. col.2. ita ait: *decimo octavo quæro,qualiter Collegia diſſolvantur. Sol. Dic, quod tribus modis,uno modo,voluntate omnium exiſtentium in Collegio &c. quod intelligo, niſi aſtricti ſint voto &c.Secundo modo deſtruitur per caſum,puta quia omnes ſunt mortui,ut in l.ſicut.§.fin.ff.quod cujusque univ. ubi text. etiam ſingulariter vult, quòd licet perſonæ ſint mutatæ,adeo quod nullus ex primis remanſit,nihilominus durat idem Collegium,& eſt textus valdè ſingularis in l.proponebatur.ff.de judic. & licet etiam omnes mortui ſint,& unus ſolus remanſit in Collegio,tamen omnia jura Collegii ſunt penes iſtum ſolum,ut d.l.ſicut §.fin.quod ego ſingulariter limito ſecundum Iacob.de Aret Cyn. & Bald.in l.non ambigitur.ff.de legib. ſi modo ſubſit ſpes reparationis,ſecus ſi deficiat.Tertiò deſtruitur Collegium præcepto, & mandato Superioris,puta propter aliquod delictum,quod traditur in l.3.in princ.ff.de coll. illicit.*

16. Cui conſentire deprehenſus eſt Trottus in apoſt.ad Bart.in l.ſi grege *Trottus.* in verb.Univerſitatis.de leg.1.impreſſ.Baſileæ,anno 1588 pag.22. col.2. in fine,ubi ita dicit: *puto tamen,tunc demum jus penes unum remanere , ſi ſit adhuc ſpes alios ſuperventuros in locum mortuorum aut aliter inſtaurari poſſe corpus Univerſitatis,alias non;ex textu hic bene ponderato,ut innuit Gaſpar Vallaſc.in l. imperium,n.82 de Iuriſd.omn.Iud.* Hæc Trott.

17. Allegatus per R.P.Cruſium & inſpectus Albericus de Roſate in l. *Albericus de* Nærarius.fol.246.col.4.de verb.ſignif.impreſſ.Lugdun.An.1545 ita fol.247. *Roſate.* col.1.dicit.n.4.in gloſſ.1.*ubi retinetur,ſc jus Univerſitatis, non autem ipſum Collegium,quia eſt extinctum &c.* Agit autem gloſſa de caſu, quo Collegium retinetur per unum.

18. Allegatus per R.P.Cruſium & inſpectus d. Alberic.in l. ſi grege lega- *Idem.* to.de leg.1. fol. 8. col.3. Ex eadem Edit. Lugd.de eodem anno ita loquitur: *quare ſi unus tantum ſupereſt,finitur numerus , & ſic Univerſitas : nam cum ad unum redeat,rediit ad non numerum,cum unus non ſit numerus, ſed principium numeri &c.vel dic ſecundum Petrum,quod remanet aptitudine , ut in contrario, ſed non actu.* Et ita hic.

19. In ſupra cit.ſcripto ſub §.6.refertur,quaſi in Eclipſi,q.1.c.1.n.4.Ber- *Bertachinus.* tachinus in reper. verb.Collegium ſub n.20. allegetur ſine relatione aut remiſſione ad verbum Eccleſia Collegiata,quo tamen ibi fiat remiſſio , atque ibi citetur Alexand.conſ 74 lib.4.qui n.1.ita doceat.*Eccleſia dicitur Collegiata habitu tantum quando deſinit Collegium morte ipſorum Canonicorum,aut privatione propter aliquod illorum delictum, & tunc talis Eccleſia gaudet privilegio ipſius Collegii,& jura,quæ de Collegiis Eccleſiaſticis faciunt mentionem ,talem Eccleſiam comprehendunt,iſtud expreſsè decidit gloſſ.in materia valde notabili. in c.*

Digitized by Google

ſtatutum, verb. Collegiat. de Elect. in 6. Iſtud voluit glo. in c. & hoc dicimus 16. qu. ult. Et cadunt ea, quæ habentur & notantur per Abb. in c. 2. de poſt. præl. ubi expreſſè tenet, quaſi idem in terminis, & fuit dictum Innoc. in d. c. 2. de oper. nov. & voluit Bart. in l ſicut ff. quod cujuſque univ. nom. & per eundem, in l. fin. de coll. illic. & per eundem, in l. 1. ff de acquir. poſſeſſ ubi concludendo dixerunt, quod ubicunq; ſumus in Collegio Eccleſiaſtico, quantumcunq; illi de Collegio diſceſſerunt, vel alias mortui ſint, Nihilominus jus Collegii remanet apud Eccleſiam, allegat etiam glo. valdè notab in d. c. ſtatutum. de Elect. in 6. Euuſque Alexand.

At contra aſſerebat R. P. Cruſius à Bertachino ſub d. n. 20. duo tractari membra, per particulam adverſativam, ſed, disjuncta; quorum prius agat de deſitione Collegii per mortem omnium nulla facta remiſſione, ad verb. Eccleſia; aut ad Alexandri conſ. 74. lib. 4. poſterius verò membrum agat de juribus Collegii remanentibus, facta pro iis remiſſione ad verb. Eccleſia. Cum Bertachinus (prout Nos eo ſecundum Edit. Lugd. de anno 1552. fol. 207. col. 3. inſpecto comperimus) in d. verb. Collegium. ſub n. 20. ita loquatur: *Collegium eſſe deſinit ſublatis perſonis illius. Card in Clem. in pleriſque. q. 2. de Elect. per l. 3. ff. de coll. illic. ſed ejus jura remanent apud Eccleſiam ipſam collegiatã, infra Eccleſia.* Bertachinus verò 1. in verb. Eccleſia collegiata. f. 1. col. 4. tradit. ex Alex. loc. cit. quod Collegiata habitu dicitur Eccleſia, cujus collegium deſiit morte vel privatione, & retinet privilegia Collegii &c. At Alex. à Bertachin. d. l. citatus. conſ. 74. lib. 4. ex Edit. Lugd. de anno 1563. fol. 133. col. 3. & ex Edit. Francof. de anno 1575. fol 62. col. 1. tradit quidem ea, quæ paulo ante ex ipſo ſunt recitata verba, ſed non ita conjuncta, nam poſt verba iſtud voluit Gloſſ. in c. & hoc dicimus 16. q. ult, ipſe Alex. ita immediatè ſubjicit: *& cadunt ea, quæ habentur per ſcribentes, in c. 2. de oper. nov. nunc* ac demum poſt multa interjecta dicit, *faciunt* (& non dicit) cadunt, prout in d. ſcripto inſimulatorio aſſerebatur: *ea quæ habentur &* notantur per Abb. in c. 2. de poſtu. prælat. prout ſupra.

Igneus. 20. Allegatum in ſupra cit. ſcripto ſub §. 7. ex Eclipſ. q. 1. c. 3. n. 2. & à nobis inſpectum Igneum ex Edit. Lugdunenſ. & Aurelianenſ. de anno 1541. fol. 170. col. 3. in repetit. §. non alias. n. 382. ſeu ex Lugd. Edit. repetit. II. vol. 3. de anno 1553. fol. 493. col. 2. n. 418. invenimus tractare de privilegiis perſonalibus, ac pro iis inter alias leges citare. l. 1. ad municipalem. & l. neminem. 64. cum trib. ſeqq. C. de Decurionibus, quibus etiam viſis & examinatis deprehendimus. in d. l. 1. §. 2. ad municipalem, agi de privilegiis, quæ conceſſa ſunt municipibus aut municipiis, adeoque alicui univerſitati. ex l. ſi municipes. 2. ff. quod cujuſque Univerſ.

Item deprehendimus in d. l. neminem. 64. cum tribus ſeqq. agi de privilegiis, quæ conceſſa ſunt Decurionibus, aut Curialibus conſortiis, adeoque de iis Privilegiis, quæ ſimiliter alicui Univerſitati conceſſa ſunt.

21. Ci-

Digitized by Google

21. Citatus & inſpectus Azorius, tom 1. lib. 5. inſtit. moral. c. 22. q. 2. Impreſſ. Colon. apud Antonium Hierat, anno 1602. fol. 400. col. 1. deprehenditur privilegia corporalia referre ad privilegia Perſonalia, ait enim: *rurſus perſonalia* (privilegia) *alia ſingulariter & communiter perſonalia, alia ſingulariter perſonalia, ſed communiter corporalia, alia tantum communiter corporalia.* *Azorius.*

22. Similiter allegatus & à nobis inſpectus Joannes de Salas. Lugd. anno 1611. impreſſ. in. 1. 2. q. 69. tract. 14. diſp. 17. ſect. 2. fol. 443. col. 2. n. 10. & 11. deprehenditur tradere, quod ex privilegiis perſonalibus alia ſint perſonalia tantum quæ perſonis ſingularibus conceduntur, *alia* verò *privilegia, quæ conceduntur Perſonis, non ut ſingulis, ſed ut componentibus unum corpus myſticum, ſeu* morale &c. *Hæc*, ut ipſe inquit, *vocantur corporalia perſonalia.* Idem tamen paulo poſt de his ita loquitur: *poſſunt etiam* (illa) *realia appellari, quia quodammodo reſpiciunt dignitatem.* *Ioannes de Salas.*

23. Allegabatur in ſupra d. ſcripto ſub eodem §. 7. quaſi ſolus Igneus pro Concluſione. q. 1. c. 3. n. 2. & 3. & Eclipſ. afferretur: cum tamen & ſupra cit. loc. Azor & Chocquier, aliiq; eſſent in d. Eclipſi allegati. *Igneus.*

24. Allegatus in Eclipſi d. q. 1. c. n. 3. Chocquier. de juriſd. ord. in exempt. impreſſ. Colon. 1620. p. 3. q. 19. pag. 258. & pag. 259. ſub n. 2. ita loquitur. *Item mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii extinguitur, pereuntque ejus Privilegia, fiuntque bona vacantia.* Et poſt ſub n. 7. ita ait: *Deſtructo enim ordine tollitur etiam privilegium, ſecus verò, ſi datum ſit Monaſterio, ſeu poſſeſſionibus Monaſterii: tunc enim deſtructo ordine non cenſetur amiſſum Privilegium.* *Chocquier.*

25. Citatur item in d. ſcripto ſub eodem §. 7. Valerius Reginaldus, ac ſi ipſe in praxi fori pœnit. lib. 13. tract. 4. tit. 3. c. 22. q. 2. n. 233. ſentiret, Collegio deſtructo per mortem omnium Collegarum non perire Privilegia corporalia. Verum Reginaldus à nobis inſpectus, prout Coloniæ 1633. impreſſus. fol. 437. col. 1. verſ. propterea, ita loquitur: *propterea autem dicta ſunt privilegia corporalia, ut inquiunt Sylveſter & Tabiena, quia cum corpore ſeu Collegio, cui quaſi inhærent, pereunt, ipſoq; durante perſeverant.* *Valerius Reginaldus.*

26. Eodem modo citatus Reginaldus d. loc. tradit, quòd B. Antoninus (1. p. tit. 19. c. 1. §. 2.) ex Joanne Andrea habet, *ſi locus deſtruatur ab hoſtibus, & ibi remaneant Clerici, vel authoritate Superioris, ii transferantur in alium locum, vel alteri loco uniantur, retinent omnia ſua privilegia.* *Idem.*

27. In ſupra d. ſcripto allegatur P. Laymannus, ac ſi in tract. de Elect. c. 3. ℞. 3. aſſereret, jus eligendi eſſe reale, ita ut pereunte Collegio non pereat, cum tamen R. P. Laymannus tract. de Elect. c. 3. ℞. 3. ex Dilingana Impreſſ. anno 1627. editus fol. 14. contra ſic loquatur. ℞. III. *Si omnes è Collegio vel Univerſitate mortui ſint, jus eligendi & ſimilia jura ac privile-* *Laymannus.*

Digitized by Google

privilegia pereunt, ſi per ſe conceſſa ſint certa Congregationi vel cohorti V. G. militum, ſecus autem eſt, ſi conceſſa ſint in ordine ad locum.

Idem. 28. Aſſeritur in d. ſcripto, quaſi alicubi ita doceatur: *haud diſſimiliter alibi dicitur detrahi authoritati, aut poteſtati Sedis Apoſtolicæ, per hoc quod doceatur, Collegia Eccleſiaſtica ſeu Monaſteria per mortem omnium diſſoluta non eſſe eſſentialiter & effectualiter, aut quoad habitum extincta, ac proinde jura Collegialia talium Collegiorum habitu manentium durare, ipſaque Collegia iis, quibus ante mortem Collegiatorum ſuberant, adhuc ſubjecta cenſeri, & per eos jure inſtaurari poſſe ac debere.* Attamen inſpecto d. ſcripto non invenimus ullum pro ea re locum citatum. Nihilominus quoad ultimam ipſius particulam, nempè quod collegium emortuum debeat per ipſos Religioſos inſtaurari; oſtendit Nobis R. P. Cruſius, aliquid inculcari à P. Laymanno in juſta. defenſ. c. 10. memb. 3. annot. 2. & Eugenio Lavanda, in notis Aſtrum interſtinguentibus, ad pag. 170. & ſeq qui docent, detractum iri authoritati & poteſtati Sedis Apoſtolicæ, ſi quis traderet, ſedem Apoſtolicam non poſſe de bonis Monaſteriorum emortuorum in Eccleſiæ Catholicæ uſum meliorem diſponere, ſubſtituendo in iis alios alterius Ordinis Religioſos, ſed debere ex lege divina & naturali ſub gravi obligatione, alios ejuſdem, cujus antea fuerunt, Ordinis Religioſos, ſubſtituere. Ita enim modo citati authores, prout iiſdem inſpectis nos obſervavimus, loquuntur. Et quidem cit. loc. ex Edit. Dilingana. de anno

Layman. 1631. pag. 420. & ſeq ait Layman. ex Filiuc. tract. 44. de alienat. rer. Eccleſ. verſ. 3. *Cur communiter ut axioma juris aſſeratur ſacrilegium eſſe, cum quid Pontifex circa bona Eccleſiaſtica diſponit, de diſponentis potentia diſputare, hoc eſt, quia cum certiſſimum ſit, habere in his Summum Pontificem plenitudinem poteſtatis, ſacram illius dignitatem lædit, qui dubitat, an poſſit quid facere, vel non poſſit, quia eo ipſo videtur defectum pati poſſe poteſtatis. Atqui trium libellorum ſcriptores non tantum in dubium revocant, utrum Romanus Pontifex has circa bona Eccleſiaſtica diſpoſitiones, translationeſque facere poſſit, ſed etiam apertè ſentiunt facere non*

Lavanda. *poſſe &c.* Et Lavanda cit. loc. ex Edit. Colon. de anno 1641. pag. 80. inquit. *Declarat ſuam ſententiam Fr. Romanus de poteſtate Summi Pontificis in bona Eccleſiaſtica, non tamen explicat, an quia ex arte diſſimulat? quo pacto cum dictis hoc loco jus ſtare queat, Imperatorem eſſe Supremum Iudicem in cauſis Eccleſiaſticis; non eſſe cauſas ſufficientes, præter duas, quæ Pontificem movere queant ad agendum, ex plenitudine poteſtatis, circa bona Ordinum; translationes Pontificias, de facto ſuper arenam fundari, & id genus plura? Quæri etiam poſſet, cur Authoritatem Pontificiam ſugillet, venenato ex dictis S. Bernardi ad Eugenium aculeo: & non ſemel ludicrè tam vellicet, tametſi adhibito proteſtationis artificioſa prætextu, quod eſt genibus flexis dicere: ave Rabbi, & colaphis percutere.*

F. Romanus. 29. Oſtendebatur in Aſtro Fr. Romani. q. 1. n. 16. citari. cap. inter quatuor, de religioſis domibus, & in illius gloſſa in verb. per regulares doceri, in ejuſmodi Monaſteriis poni poſſe *diſtrictioris vitæ, vel alterius Ordinis Religioſos.*

30. Alle-

30. Allegabatur à R.P.Cruſio,& à nobis inſpiciebatur Servatius Lairveltz Abbatis.S.Mariæ ad Nemus,& Ordinis Præmonſtratenſ. Vicarii Generalis &c. Optica Regularium Muſſiponti impreſſa.anno 1607.fol.344. mandat.88.ſpec.99.§.ut autem intelligatur,ubi ita aientem invenimus: *Vt autem intelligatur,quomodo D.Norbertus aſſumens Regulam D. Auguſtini , noſtrum Ordinem juxta Superioritates in eadem regula poſitas inſtituerit , notandum eſt,in Ordinis noſtri Exordio Monaſteria fuiſſe tantum Prioratus ſive præpoſituras,ac proinde eorundem Præfectos fuiſſe tantum nominatos Priores ſive Præpoſitos,ut patet ex D.Bern.qui ſcribens ad Præfectum Monaſterii Præmonſtratenſ. hunc titulum præmittit,ut nonnulli ajunt ad Hugonem Priorem de Præmonſtrato, & ex vetuſtiſſimis monumentis Monaſteriorum Sueviæ & Bavariæ,in quibus videre eſt,prout vidi Anno 1601.Monaſteria illa non habuiſſe niſi Præpoſitos, pro ſuis Summis præfectis,in Monaſterio reſidentibus,qui quidem Præfecti ea erant in Religioſos & Monaſterii bona poteſtate,qua ſunt hodie Abbates,nihilq; illis deerat, niſi mitra vel pedum.Imò vero aliqui etiam nunc pedo ac mitra utuntur.*

Servatius Lairveltz.

In eo igitur Ordinis Exordio Præpoſiti erant Priores: Presbyter autem erat Epiſcopus loci,cui tunc erant Prioratus ſive Præpoſituræ illæ ſubditæ. Nondum enim obtinuerat Ordo noſter exemptionem illam à Iuriſdictione Epiſcoporum,quam poſtea obtinuit:deniq; plerique Præpoſituræ noſtri Ordinis erant Eccleſiæ Collegiatæ in quibus antea degebant Canonici ſæculares,ſicq; illarum Præpoſiturarum ſuperior ſupremus remanebat Epiſcopus, eo jure quo Canonicorum , imò verò ipſi Epiſcopi plerumq; aſſumebantur ex illis Præpoſituris, & tum maximè ad eos recurrebant præpoſiti,ſi quid difficultatis oriebatur in Prioratibus vel Præpoſituris.

31. Afferebantur in d.ſcripto ſub d.§.7.de Pontifice hæc formalia: *licet* (Pontifex *)jus ſuum negligere non debeat,interpretabatur tamen contra ſe*, quæ etiam ibidem invenimus,licet aliud oſtenſum ſit Nobis ex Bonifacio VIII. in c.dudum.14.de præbend.in 6.§.Nos igitur attendentes , ita loquente: *Nos igitur attendentes , quod etſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſimus poteſtatem,penes Nos tamen nihilominus remanſit major.*

Bonifacius.

32.Afferebatur in d.ſcripto,à Nobis inſpecto, quaſi R. P. Cruſius in q. 4.c.2.Eclipſ.n.5.citaſſet Geminianum.*in c.uni.§.confirmatos.n.5.de ſtat. Monachorum in 6.ad hoc,ut Monaſterium Ordinis exempti ſub uno capite,cujus perſona caſu mortua fuerint,dicatur ita eſſe extinctum,ut bona ipſius ſint vacantia, & in immediata dominatione Sedis Apoſtolicæ,cum tamen Gemin.loc.cit.minimè agat aut loquatur de Monaſteriis per mortem aut caſu diſſolutis,ſed de reprobatis ſeu extinctis per ſuperiorem,qui prohibebantur alios ad profeſſionem admittere, ut ita deficerent in ſe ipſis.* At examinato d.loc. Eclipſ. deprehendimus, Geminianum non immediatè per Adm.R.P.Cruſium,ſed per Ripam.in l.quo minus. n.107.ff.de fluminibus,ſupra n.7.& in d.Eclipſ.q.4.c.2.n.5.relatum, tum per deciſionem Trevirenſ.Unionis 29.Maij 1641.coram R.P.Dn. Veroſpio allegatum fuiſſe.Deinde invenimus d.c.unic.§.confirmatos,in quem commen-

Geminianus.

Digitized by Google

tatur Geminianus,nõ reperiri ſub tit.de ſtat.Monachorum (prout in ſupra d. ſcripto aſſerebatur)ſed ſub tit.de relig.domib.in 6.prout rectè, & in d.deciſ. Trevirenſ.Unionis refertur.

Porrò ea quæ referuntur in ſupra d. ſcripto, non deprehendimus in Notabili 5.Gemini ani à Ripa,& d.deciſ.allegato,ſed in Notabili ipſius quarto,quod ita habet: *Nota unum modum deſtruendi Collegium, ut videlicet non poſſint aliquem de novo recipere,& ſic deficient in ſe ipſis.* Notabile autem 5. ita habet: *Not. arg. quod deſtructo Collegio vel aliquo de eis recedente non dividuntur bona Collegii inter homines Collegii, de quo per Innoc. de exceſſib. Prælat. dilecta &c.*

33. Allegabatur in d. ſcripto, ſub eodem §.7.verſ. Item allegatur Navarrus Comment.4.de Regularibus.n.22. quaſi hic in Eclipſi.q.2. ſect.3. c.3. n.6.afferretur in eum finem,ut oſtenderetur *per Generales Ordinum Exemptorum non mendicantium,ſignanter Ordinis Præmonſtratenſ. alioſque Superiores mediatos non poſſe Religioſos ob ſtabilitatem tempore Profeſſionis promiſſam cogi de uno ad alitud Monaſterium mitti aut transferri &c. cum tamen Navarrus eodem tit.& num.ſub finem contrarium expreſsè doceat, videlicet, eos non obſtante ſtabilitate promiſſa cogi poſſe, non vi juris communis aut Regulæ, ſed Conſtitutionum regulæ ſuperadditarum, etiam in Ordinibus Canonicorum Regularium unum Caput habentium,qui mendicantes non ſunt.* Hactenus ſcriptum. Verum inſpecta Eclipſi invenimus quidem, iſtic Navarrum d. loc. citari,non tamen invenimus illud iſtic de Præmonſtratenſibus aſſeri. Navarr.cit.loc.tom.1.ex Edit.Colonienſ. de anno 1616.pag.452. col. 2. & pag. 453.col.1.ait: *Tum quia ſicut vovens intrare aliquod certum Monaſterium alicujus Ordinis,non tenetur intrare aliud ejuſdem Ordinis, ſi noluerit, eum recipere illud, cujus introitum vovit ſecundùm D. Thomam receptum. 2.2.q 88.art. 3.ad.2.quod etiam ſatis ſentit in q. 189.art. 3.ad.2. Ita poſtquam eſt ingreſſus, non videtur poſſe cogi ad aliud ſine culpa tranſire. Tum quia ut intentio ſaltem tacita ipſius voventis eſt obedire in illo Monaſterio, ita recipientis ipſum intentio debet eſſe tamen præcipere vergentia in obſequium illius Monaſterii: de Correlativis enim idem eſt judicium, l.1. C. de Cupreſſ. lib.11. & illa quæ latè adducit Felin. in Proœm. Greg.n. 4. tum quod nuſquam in decreto, decretalib. Sexto, Clementinis videtur fieri facultas Prælatis Regularium transferendi eos pro ſua voluntate ſine culpa de Monaſteriis, in quibus profeſſi ſunt, ad alia: unde juſtè ante paucos dies quidam Ordinis non Mendicantium obtinuit à Sanctiſſimo Domno Noſtro, ut ad Monaſterium, in quo profeſſus fuerat, reſtitueretur. Tertio quod jure particulari regulæ vel ſtatutorum à Papa confirmatorum poſſunt Regulares cogi adire alia Monaſteria, tum quia lex ſpecialis derogat generali arg.c.generi. de R.I.lib.6.l.in toto.ff.de R. I. &c.*Et poſtea in §. 4. ſubjicit. *Illi vero (* Regulares Canonici *) quorum Monaſteria faciunt unum corpus,& habent Generalem,qui eſt caput ejus,poterunt ad id compelli jure particulari ſuorum ſtatutorum confirmatorum à Papa.*

Navarrus.

34. Ex

34. Ex Conſtitutione. Julii II. incip. Rationi congruit. 3 de anno 1503. 6. Kal. Decemb. præfixa ſtatutis Ord. Præmonſtratenſ. impreſſ. Pariſiis, 1632. & per Myreum in Chronico Præmonſtratenſ. Impreſſ. Colon. 1631. fol. 217. pag. 1. relata & agente de Ordine Præmonſtratenſ. afferebantur per R.P. Cruſium hæc ſequentia verba: *dummodo ordinationes & ſtatuta hujuſmodi* (Ordinis Præmonſtratenſ.) *à Sacris Canonibus non deviarent*; quæ verba ibidem invenimus, niſi quod in d. Conſtitutione Julii II. præfixa ſtatutis d. Ordinis Præmonſtratenſ. ex Edit. Pariſienſ. ſupra nom. pro verb. *deviarent*, inveniatur in eadem Conſtit. prout apud Mireum refertur cit. loc. *obviarent*. *Conſtitutio Julii II.*

35. Ex Servatio Lairveltz in Catechiſmo Novit. tom. 2. lect. 112. doc. 6. hæc allegabantur verba. *Inter eos, qui faciunt votum ſtabilitatis in loco, & eos, qui non faciunt, hoc eſt diſcrimen, quod hi nullam per Profeſſionem acquirant in hoc vel illo Monaſterio filiationem, ſed pro libitu Superiorum huc & illuc mittantur. Illi verò per votum ſtabilitatis in loco, acquirant jus filiationis in Monaſterio, in quo Profeſſionem emiſerunt, ita ut inviti illo jure ſpoliari nequeant, niſi ſint incorrigibiles:* quæ verba etiam ibid. fol. 1007, col. 2. invenimus in Editione Muſſipontana de Anno 1623. *Servatius Lairveltz.*

36. Ex ſtatutis Noviſſ. Præmonſtratenſ. diſt. 1. c. 17. allegabatur, quod Præmonſtratenſ. voveant ſtabilitatem in loco juxta voti ſui formulam ibidem recitatam. Nos inſpicientes d. ſtatuta noviſſ. Ordinis Præmonſtratenſ. impreſſa Pariſiis anno 1632. invenimus d. diſtinct. 1. c. 17. §. 19. pag. 53. hæc voti illius formalia: *Ego Fr N. offerens trado me ipſum Eccleſiæ N. & promitto converſionem morum meorum, Emendationem vitæ, & ſtabilitatem in loco, promitto etiam paupertatem, caſtitatem, & Obedientiam perfectam in Chriſto, ſecundum Evangelium Chriſti & Regulam S. Auguſtini, tibi P. N. & Succeſſoribus tuis, quos Conventus Eccleſiæ hujus ſecundum formam Ordinis Canonicè elegerit vel receperit.* *Statuta Præmonſtratenſ.*

37. c. definivimus. & c. in nullo. 18. q. 2. Item Abbas in c. recolentes. de ſtat. Monach. allegabantur in d. deciſione Trevirenſ. Unionis, ad hoc quod *Monaſterium Monialium eſſet diverſum Collegium à Collegio virorum, nec illud huic poſſet eſſe unitum, tanquam membrum proprium, aut etiam unitum, quoad proprietatem bonorum.* At in d. ſcripto. ſub §. 7. c. definivimus. & c. in nullo. 18. q. 2. Item Abb. in d. c. recolentes. de ſtat. Monach. dicuntur tantum agere de Monaſteriis duplicibus virorum & Monialium ejuſdem loci, non verò de ſeparatis in diverſis locis, quæ ſibi unita & ſubjecta eſſe jure non vetantur, ſed potius uſu & praxi notiſſima probantur. Nos inſpicientes Abb. in d. c. recolentes ſub n. 3. de ſtat. Monach. ex Edit. Taurinenſ. de Anno 1577. fol. 180. col. 2. invenimus ita ajentem: *Dic ergo generaliter, cùm quæritur, quid faciendum eſt de bonis Collegii* *Abbas.*

Digitized by Google

diſſoluto Collegio. Nam quædam ſunt collegia, quæ non poſſunt bona poſſidere in particulari, ut Religioſorum, & in illis bona remanent apud ſuperiorem Collegii, qui diſponet de illis bonis, tanquam de vacantibus. argu. l. 1. ff. de cur. bon. dand. & ſic alias ſervatum fuit in diſſolutione Collegii Templariorum, Non obſtat. c. in nullo. allegatum. per doc. quia dico, quod loquitur, ſcil. cum Collegia ſunt duplicia, in quo ſcil. erant maſculi & fœminæ, & diſſolvuntur, ita ut deinceps maſculi faciant collegium per ſe longè à collegio fœminarum: nam hoc caſu cum collegia remaneant integra, poſſunt bona poſſidere; bona, quæ erant communia, dividuntur inter iſta duo collegia, & iſte eſt propriè caſus illius; ſecus quando Collegium propter Perſonas ex toto diſſolveretur, quia nulla perſona eſt capax. Felin. in c. cum dilecta. n. 21. fol. 638. ex Editione Veneta, 1584. de reſcript. ita loquentem: *ſed vide eleganter. Abb. in c. recolentes. de ſtat. Monach. ubi dicit, quod ſi Collegia ſunt talia, quod non poſſunt habere bona in particulari, ut ſunt Religioſi, & in illis bona remanent apud ſuperiorem, deſtructo Collegio, qui diſponet de illis, ut de bonis vacantibus, prout alias fuit ſervatum in diſſolutione Collegii Templariorum. Reſpondet ad c. in nullo. quod loquitur, ubi erant Collegia duplicia, quia erant maſculi & fœminæ, & ideò diſſolvuntur, ita quod fiant duo collegia de uno. Nam cum tunc utrumque collegium ſit remanſurum integrum & aptum poſſidere bona, ideò dividuntur inter univerſos de Collegio; ſecus autem, quando Collegium ex toto ſolveretur, quia nullus eſt capax.*

Felin.

Ferretus.

38. Allegatus per R. P. Cruſium Ferretus. lib. 2. conſ. 242. n. 5. ad hoc quod detur unio gubernationis diſtincta ab unione proprietatis, à Nobis deprehenſus eſt, hoc ipſum ibidem ex Edit. Veneta, de anno 1572. fol. 17. col. 2. tradere Ferretus. Ita enim ait: *Sed ad propoſitum noſtrum, quandoque unio unius Eccleſiæ ad aliam fit per modum incorporationis quandoque fit ſimpliciter, quoad gubernationem & protectionem Eccleſiæ unitæ. Ita declarat Bart. poſt Antiquos. in d. l. ſi convenerit. §. nudam. ff. de pignor. act. & alii ſcribentes ibi & Angel. in conſil. 224. incip. Punctus alias unio. per tot. & eſt communis Dd. conſideratio, ut atteſtatur Felin. in d. c. translato. col. 3. verſ. ſubdit Baldus hic & c. de conſtit.*

Panormitanus.

39. Allegabatur in d. ſcripto, ſub eodem §. 7. Panormitanus in conſ. 8. tanquam de fratribus, qui Sororibus in ordine Brigidano, non autem in aliis Monaſteriis Monialium ſerviunt, agens. Verumtamen Examinatus à Nobis Panorm. cit. loco impreſſus Auguſtæ Taurinorum. anno 1577. fol. 4 col. 4. deprehenſus eſt à Nobis proponere quidem quæſtionem de fratribus Brigidanis, ſed eandem ex univerſali ratione aliorum Monaſteriorum Monialium deſumpta: per hæc formalia declarare, *quod iſti Clerici ſeu fratres non ſint ibi tanquam facientes Collegium, ſed tanquam ſingulares, & ſervitores in divinis.* Et poſtea ibidem ſubjicere; *ſicut fieri videmus hodie in omnibus Monaſteriis Monialium, quæ non valent per ſe & propter defectum ſexus celebrare Miſſas & prædicare, ut c. nova. de pœnit. & remiſſ. habent Sacerdotes & Sacer-*

*Sæcularesprope Monaſterium eis celebrantes & prædicantes,&c. & fratres ſeu Clerici ſubſtituuntur loco illorum , & cum præſumantur Sancti omnes propter multas auſteritates, quas promittunt obſervare, præſumendi ſunt honeſtiores & ſanctiores.*16.q.1.c nulli.& c.doctos &c.

40. Allegabatur per R. P. Cruſium Cardinalis Vitriacus, ſtatuta Ordinis Præmonſtratenſ.recenſens apud Myræum in Chronico Ordinis Præmonſtratenſ.ad annum 1244. ad hoc,quod ex eodem Ordine Præmonſtratenſ.Sacerdotes & Clerici viri probati & Religioſi divina Sororibus miniſtrantes, dicantur iis *Sororibus in divinis officiis ſervientes* , prout Nos inſpicientes d.loc.pag.185. Cardinalem Vitriacum illud tradentem invenimus. *Card. Vitriacus.*

41. Allegatur in d.ſcripto ſub §.8.quaſi in Eclipſi q.3. c.3.n.13.Boerius in tract.de Elect.*qui nuſquam extat*, citetur , & quidem malè ad hoc , *ut oſtendatur,Collegium religioſum habitu ſupereſſe , ſi omnibus ipſius Collegis emortuis ibi adhuc ſuperſint Novitii , quod neque Boërius in tract. de Elect. neque etiam ullus alius Dd.docuerit.* At inſpecta Eclipſi reperimus in d. q. 3. c. 3. n.13. bis citari Boërium,ſemel in verſu,poſito etiam &c. ex d. tract. de Elect. deinde in verſ. habitu Collegium &c. citari eundem Boërium non d.tract. ſed de tract.nullo alio addito. Unde conjecimus illic in hoc ſecundo loco, aliquem errorem typographicum interveniſſe, prout etiam ſubeſſe deprehendimus, poſtquam oſtenſus eſt Nobis Boërii tractatus de ſtat. Eremit. n.19. utpote tradens,Novitios diſponi , & educari in ordine ad Collegium Religioſum,de quo in d.q.3.c.3.Eclipſ.ſermo eſt:quem locum ex d. tract. de ſtat. Eremit.n.19.addito deciſionibus ipſius Boërii impreſſis Venetiis anno 1563. Nos inſpicientes invenimus pag.948.n.19. col.1. ita ſeſe habere : *Tertii dicuntur Cœnobitæ,id eſt, in Congregatione viventes , videntur exorti ſub Eliſeo, qui conſtituit Cuneum Prophetarum, id eſt , Religioſorum ſecundùm Gloſſ. ſed fuerunt revocati à Chriſto,qui diſcipulos habuit pariter habitantes, & in communi viventes,cum quibus in monte aſſcendens docebat eos. Matth. 5. Et ut dicit Ioan.Damaſc.quem refert.B.Anton.Floren.in ſumma, ubi ſupra; ipſos in principio habuit,ut Novitios docens in doctrina de Beatitudine , quid deceat agere in religione,& plura alia &c. Secundo quaſi voluerit eos profiteri, cum quibus ex Diſcipulis recedentibus dicit ad Apoſtolos :Nunquid & vos vultis abire. Et Petrus reſpondens pro omnibus dicit,Domine,ad quem ibimus.Ioan.6.&c.* *Boerius.*

Cæteroqui reperimus Boërii Commentarium de Elect. extare hic Coloniæ apud Theodoricum Baumium,de anno 1574.impreſſum, cujus maxima pars ſit ipſius Boërii,minima verò pars,qui eſt textus ipſe, in quem Boërius eſt commentatus,ſit Mandagoti , adeoque rectè d.Boërio tribuatur tractatus de Elect. ſicuti Chocquier commentanti in Alphonſum Gloſſatorem Regularum Cancellariæ tribuitur ipſe Commentarius in d.Regulas Cancellariæ,atque ita in judiciis allegari ſolet.

Servatius Lairveltz. 42. Allegatur Servatius Lairveltz in præludiis poſterioribus Opticæ reg.ſpec.13.§.quartum.tanquam ex Clemente VIII.docens, quod Monaſterium ſeu Collegium Religioſum deformatum dicatur reddi ſterile & infœcundum,tum etiam extingui,in quo prohibetur,vel non licet recipere Novitios,nec Novitii ulli recipiuntur,prout Nos ipſum d.loc.pag.49.inſpicientes invenimus,illud ipſum ab illo tradi.

Barboſa. 43.Similiter allegatus Barboſa lib.2.de jure Univerſ.Eccleſ.tit.de Monaſter.& relig.domib.12.n.67. ad hoc, quod Monaſterium penitus dicatur deſtrui,ſi illic prohibitum ſit,ob aliquam cauſam Novitios ſeu Novitias recipere &c.prout nos ſimiliter eum ex Lugd.impreſſ.anno 1634.fol.691.col.1. inſpicientes deprehendimus,ab eo illud doceri.Ita enim ait: *Si verò Monaſterium penitus deſtruatur,nec alio transferatur,ex eo quod non erant ibi Monachi ſive Moniales, quia nempe fuit ſibi prohibitum ob aliquam cauſam Novitios ſive Novitias recipere,fueruntq́; proinde extincti,nec remanſerunt niſi duo vel tres, tunc omnia Monaſterii hujuſmodi deſtructi bona remanebunt in diſpoſitione Summi Pont.& de ejus licentia & authoritate applicabuntur alteri Monaſterio,ſive Religioni &c.*

Conſtitutio Clemẽtis VIII. 44.Allegabatur Conſtitutio Clementis P.VIII.cum ad Regularem,&c Data.anno 1603.19.Martii in §.quia verò, eo quod ibi dicantur Novitii approbati,*in locorum ſuorum filios aſſcribi,atque in ordinem recipi,ſicque aſſcripti in Novitiatus loco probari*, quod reperimus in d.§.quia verò.d.Conſtitutionis, cum ad regularem &c. relatæ,in tom. 4.Bullarii impreſſ. Romæ.anno 1632. fol.278.col.2.contineri.

Trottus. 45.Allegatus hic iterum Trottus in Apoſtil.ad Bart.in l.ſi grege legato. n.1.in verb.Jus Univerſitatis ff.de leg.1.Albanus in Apoſt.ad Bart.in l.ſicut §. in Decurionibus.verb.licet perſonæ.ff.quod cujuſque Univ.Socin.in c.dilecta.n.90.& 92.de exceſſib.Prælat.jam ſupra reſpectivè.ſub n.13.15.& 16.relati docent,quod dicatur adhuc ſpes ſupereſſe,quando ſperantur alii mortuis ſuperventuri.

Petrus Antonius de Petra. 46.Allegatus per R.P.Cruſium Petrus Antonius de Petra, in tract. de jure quæſito non tollendo.c.32.n.74 inventus eſt ex Edit. Francofurtenſ. de anno 1620.fol.494.col.2,hæc formalia recenſere: *Spes infirma eſt remota ad conſequendum jus ſperatum,quod adhuc pendet à voluntate alterius de directo.* Et paulò poſt: *Et tunc talis ſpes non debet haberi in conſideratione, nec eſt alicujus æſtimationis.*

Socin. 47.In d ſcripto ſub §.8.verſ.interim aſſeritur Collegium morte deſtructum adhuc ſpe remanere.Econtra allegatus fuit à R. P. Cruſio Socin. in c. dilecta.n.9.fol.85. col.2. aliiq; Dd.ſupra recitati,quorum verba ſupra n.15.fideliter relata eſſe comperimus.

Suar. 48.Allegatus in d.ſcripto ſub eodem §.& Inſpectus Suarez lib.8. de legib.cap.5.n.6.& 7.agit de loco ſacro,qui fatali caſu deſtructus dicitur,habitu adhuc manere ſacer,ut agnoſcit ipſum ſcriptum inſimulatorium.

Statuta Præmonſtratenſ. 49.In allegatis ſtatut.Præmonſtratenſ. noviſſ. de anno 1622. Pariſ. impreſſ.

preſſ.diſt.2.c.25.§.4.p.142.inveniuntur hæc formalia: *Magiſtra & Priorissa ab omnibus ſuis ſubditis in ſummo honore habeantur, ſintque piæ, prudentes, humiles, mites atq; diſcretæ, in converſatione Exemplares ac modeſtæ, & in obſervatione diſciplinæ ſint rigoroſæ.*

50 In allegata Petri Goſſetii, qui fuit Ordinis Præmonſtratenſ. Generalis, Epiſtolâ, Incip. A tempore, Dat.5.Sept.anno 1630. præfixa ſtatutis noviſſimis Ordinis Præmonſtratenſ.§.porrò cum muneris noſtri ſit &c. Hæc inter alia reperimus. *Nos Authoritate Noſtra & Capituli Noſtri Generalis, ac etiam Apoſtolica, qua hac in parte fungimur, omnibus & ſingulis Ordinis Noſtri Abbatib. Prælatis, Præpoſitis, Prioribus, Præſidentibus, Rectoribus, Abbatiſſis, Prioriſſis, Rectricibus & utriuſque ſexus Perſonis Canonicum hunc Ordinem noſtrum profeſſis, quacunque etiam dignitate fulgeant, &c. ut hæc renovata ſtatuta obſervent, diſtrictè mandamus atque præcipimus.* *Petrus Goſſetius.*

51.Ex Alvino de poteſtate Abbatum & Abbatiſſ.c.3.n.8. & ex Conſtitutione Gregorii XV. Incip. Inſcrutabili. dat. Romæ. anno 1622. Non. Febr, Pontificatus ipſius anno 2. addita in declarationibus ad Concil. Trident. impreſſ. Colon. anno 1632, Seſſ. 25. de Regularib. allegatum eſt à R. P. Cruſio, quod iſtic Magiſtra Abbatiſſæ æquiparetur, & quidem ab Alvino etiam, quoad officium; Nos utroq; loco inſpecto ita ajentem invenimus, Alvin. d. lo. fol. 13.pag 2 Abbatiſſæ &c. *Prioriſſæ, Præpoſitæ & aliæ, quomodocunque appellentur, quæ Monialium conventibus præficiuntur, ex Card. per c. dilecta. juncta glo.* (de major. & obed.) *habent adminiſtrationem omnem tam ſpiritualem, quam temporalem, Monaſteriorum Monialium, niſi quoad ea, quorum eſt femina incapax, veluti Ordinis &c.* Deinde allegatæ Gregorii XV. Conſtitutionis verba ita ſeſe habere. pag.543. in ſuprad. Editione Colonienſ. *Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum vel Præpoſitarum eorundem Monaſteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per ſe vel per alium intereſſe ac præſidere, abſque ulla tamen ipſorum Monaſteriorum impenſa.* *Alvinus.*

52.Apud Steph. de Alvino in d. tract. de poteſt. Abb. & Abbatiſſ. impreſſ. Pariſ. anno 1607. fol.5. pag 2. in fin. c.2. n.3. hæc formalia habentur: *quanquam enim ex jure Divino vir ſit caput mulieris, quia tamen nonniſi cum ſcandalo & periculo viri cum fœminis Deo ſacratis, etiam ad eas moderandas cohabitare poſſent, abſurdum profectò eſſet & inconveniens, ſi à Papa à jure & Prælatis ſeu ſuperioribus & Conſtitutionibus Ordinum nulla cenſeretur delegata & commiſſa poteſtas & juriſdictio Præfectis Monialium, per quam illas moderari, & in ſuo continere officio valeant.* *Idem.*

53. Allegatus & inſpectus Aſcanius Tamburinus, Lugd. Impreſſ. anno 1640. tom.3. de jure Abbat. diſp.1.q.2.n.6. reperitur aſſerere Congregationes ſub regula S. Auguſtini militantes, regi per Ariſtocratiam. *Aſcanius Tāburinus.*

54.In ſupra allegata Conſtitutione Papæ Julii II. Rationi congruit, reperimus paulo poſt princ. aſſeri, Religioſos Ordinis Præmonſtratenſ. Re- *Conſtitutio Iulii Papæ II.*

gulam

Digitized by Google

gulam D. Auguſtini profiteri, ubi etiam ex Alexando III. relato in præfatione ſtatutorum Noviſſimorum (de quibus ſupra n. 33.) in §. verum quia multi &c. quin & ex formula votorum, quæ in d. Ordine Præmonſtratenſ. nuncupantur, ſupra n. 35. relata Nobis oſtenſum eſt, quod dd. Præmonſtratenſ. ſecundum regulam D. Auguſtini voveant.

Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis tanquam ritè & legitimè factis ſucceſſivè per Nobiles ac Clariſſimos Dn. Joannem Gerhardum Bennonium, Hieronymum Verhorſt, ac Conſtantinum Rupper reſpectivè J. U. DD. & L. Sereniſſimi Electoris Colonienſ. Commiſſarium Aulicum veluti teſtes peculiariter requiſitos conjunctim & diviſim ex propria eorundem confeſſione inſpectis & auſcultatis petiit antenominatus Adm. Reverendus & Clariſſimus D. Pater Johannes Cruſius Soc. Jeſu, in eorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes literas ſive præſens publicum Inſtrumentum per Nos Notarios infraſcriptos fieri, & cum modo nominatis Nobilibus ac Clariſſimis Dominis Teſtibus ſubſcribi. Acta ſunt hæc Coloniæ, Annis, Indictione, diebus ac menſibus quibus ſupra.

Authores à Reverendo Patre Ioanne Cruſio Soc. Ieſu Theologo citatos & allegatos vidimus & inſpeximus, eoſque cum excerptis allegationibus contulimus diligenti & iterata collatione facta reperimus verba ſubvirgulata, ita prout in hoc inſtrumento alleguntur, ex ipſis Authoribus fideliter deſcripta eſſe, ac cum iiſdem omnimodè concordare. In cujus rei fidem præſens publicum Inſtrumentum propriâ manu ſubſcripſimus, & ſolito pitzeto communivimus, idq; rogati & requiſiti, jure cujuſcunq; interim per omnia ſalvo. Sig. Coloniæ 8. Maij 1643.

Iohan. Gerhard Bennonius L.
L. S.
Hieronymus Verhorſt I. V. D.
L. S.
Conſtantinus Rupper. D.
L. S.

Et quia Ego Notarius infra nominatus, dictis requiſitioni, inſpectioni, collationi & auſcultationi una cum prænominatis Doctoribus & Licentiato teſtibus requiſitis perſonaliter interfui, atque poſt inſpectionem, collationem & auſcultationem hujuſmodi legitimè ac ſedulò factam, extractus præinſertos & ſubvirgulatos cum libris mentionatis, ex quibus fideliter extracti ſunt,

ſunt, de verbo ad verbum convenire ac concordari vidi. Ideò præſens inſtrumentum deſuper confeci, & manu alterius (me interim aliis præpedito negotiis) deſcriptum Nomine & cognomine, ſignoq; Notariatus ſolitis & conſuetis ſubſcripſi & communivi requiſitus.

Theodorus Mappius Publicus & in Archivio Romana Curia Immatriculatus Notarius ſubſ.

L. S.

Et Ego Hieronymus Roſenbach Bonnenſis Archidiæceſis Coloniēſis Sacris Apoſtolica & Imperiali Authoritatibus publicus in Archivio S. Romanæ Curiæ Immatriculatus Notarius hoc præſens publicum Inſtrumentum per Clariſſimos Dominos Doctores Licentiatum & Notarium ſubſcriptum ſigillatum & reſpectivè ſignatum in fidem præmiſſorum requiſitus ſignavi & ſubſcripſi.

Hieronymus Roſenbach. m.p.

L. S.

Quod Præmiſſi authores in noſtra Præſentia à R. P. Joanne Cruſio Societatis Jeſu Theologo producti, & plerique diligenter à Nobis ipſis inſpecti, ita ſe verbotenus habeant, prout in hoc Inſtrumento referuntur; Cæteri autem Nobilibus & Clariſſimis Dominis Jureconſultis ac Notariis ſupra nominatis pro lucrando tempore ad inſpiciendum, & fideliter cum Eclipſi conferendum commiſſi ſint, atteſtor hac manus meæ ſubſcriptione & ſigilli mei ſubimpreſſione, Jure interim cujuſcunq; ſalvo &c.

Iohan Romsvvinckel I.V.D. & Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis Commiſſarius ſupra m.

L. S.

Idem Ego, ut ſupra, atteſtor hac manus meæ & ſecreti ſubimpreſſione

Henricus Oeckhoven D.

L. S.

Quod & Ego cum cæteris Dominis Juriſconſultis in initio Inſtrumenti nominatis ab Adm. Reverendo atq; Eximio Domino Patre Joanne Cruſio Societatis Jeſu requiſitus plurimos ab ipſo adductos libros inſpexerim, legerim, examinaverim, atq; ita invenerim, quod Dominus requirens falſitatis inſimulari non meruerit, atteſtor hâc manus meæ ſubſcriptione. Signatum Coloniæ. Anno 1643. 28. Maij.

Stephanus Spormächer D. Regens in burſa Coronarum, & Reip. Colonienſ. Advocatus.

L. S.

Digitized by Google

Similiter Ego cum aliis DD. JCtis ab Adm. Reverendo & Eximio Domino P. Joanne Cruſio Societatis Jeſu Theologo requiſitus Authores ſupra adductos, inſpectos , lectos & examinatos eſſe, atq; ita in locis allegatis inventos fuiſſe, ut d. Pater Societatis in iis caſibus nullo modo falſitatis inſimulari poſſit, atteſtor hac manu mea, & Secreti impreſſione, Coloniæ Anno 1643. 28. Maij.

VVinandus Gymnicus I.V.D. & Profeſſor Ordinarius.

L. S.

Hactenus publicum Inſtrumentum; in quo notandum eſt, 1. quod verba citatorum Authorum à DD. Doctoribus & Notariis ſubſignata ob difficultatem linearum ſubducendarum typographus alio charactere, quem curſivum alii vocant, expreſſerit, ut ita ſuus veritati locus remaneat.

Deinde, quod in eo illa duntaxat loca, quæ Anno 1642. fuerunt objecta, diluantur; quod ſi & reliqua id temporis fuiſſent exadverſum prodita, eadem facilitate, eodemq; negocio potuiſſent refutari. Cum verò hucuſque fuerint celata, nec mihi vacaverit, ut de iis cum aliis DDn. Doctoribus pari ratione conferrem, non potui de ipſis , ipſorumq; veritate novum curare fieri inſtrumentum, quod alioquin curaturus eram, interim confiſus benevolum lectorem allegatas à me Doctorum & textuum authoritates cum ipſis fontibus diligenter collaturum, deprehenſurumq; à me non malè fuiſſe allegatas imò tales eſſe, quibus nec propria adverſariorum, aliorumque ſine ullo prævio locorum à me citatorum examine data ſuffragia , nec Receſſus Imperii Anno 1530. Auguſtæ à F. Romano contra Lavandam *pag. 480. in horti appendice*, falsò & mutilè, poſt verba, daß ein jeder Churfürſt / Fürſt vnd Stand deß Reichs / Geiſtlich vnd Weltlich / id eſt, *ut quilibet Elector, Princeps & Status Imperii , Eccleſiaſticus & Secularis*, omittendo, mittler Zeit künfftigen Concilii in allen Truckereyen / auch bey allen Buchführern mit ernſtem fleiß vorſehung thun ꝛc. id eſt, *interim uſque ad futurum Concilium in omnibus typographiis etiam* apud omnes Bibliopolas ſeriò ſedulòque provideat &c. (quibus Receſſus ille ad tempus tunc futuri nunc verò pridem celebrati Concilii limitabatur) quaſi illimitatè allegatus, nec alius Receſſus Anno 1570. Spiræ habiti quippiam derogarint, ſed juribus meritò & rectè admodum Reverendi, Eximii, Nobiles ac Clariſſimi Domini Doctores & Regii Profeſſores Academiæ Duacenſis aliique acceſſerint, ſuisque calculis fuerint ſuffragati.

F I N I S

TRACTATVS I.

in comm. index

Digitized by Google

INDEX RERUM ET VERBORUM QVORVNDAM, QVÆ IN hoc tractatu primo reperiuntur.

ABbatiſſæ juriſdictionem aliquã in Moniales &c. habent. p. 71
Acta Compulſoria edendorum jurium in cauſa Beſelicenſi pag 41. & ſeqq.
Allegationes Eclipſis à Dd. & Notariis inſpectæ ſunt legitimæ inventæ d. pag. 41. & ſeqq. p. 51. & ſeqq.
Ambiguè loquens. pag. 49.
Amore nimio mens excæcatur. p. 5. Amor poëticè depictus, ibid. proprius, ibid.
Apoſtoli an Novitiatum habuerint & vota emiſerint. pag. 69. n. 41
Approbationes Dd. Academiæ Duacena pro Eclipſi p. 31. & ſeqq. legitimè ſunt obtentæ, p. 36. nec per approbationem Aſtri revocatæ, pag. 37. 38. 39. 42. commendantur à Sereniſſimo Marchione Brandenburgico. p. 35. Lovanienſis pro F. Romano, p. 6. ſicut & unius alteriuſve Doctoris ex Academia Pariſienſi d. p. 6. Salisburgenſis p. 5. 6. ſunt ſuſpectę ibid. Viennenſis ſunt ſub: & obreptitiè præteritis Decano & præcipuis membris Facultatis Theologicæ obtentæ p. 23. 24. à quibus etiam propterea contradictum. d. pag. 24. 25. 26
Brigidani. pag. 68
Coactio duplex, alia virtualis, ſeu cauſalis; alia actualis & quaſi formalis. pag. 43. & ſeq.
Cœnobitæ p. 69. n. 41.
Civitas quando deſtruatur. p. 54
Collegium variè accipitur, p. 56. n. 6. deſtruitur vel authoritate Superioris, vel mortalitate p. 52. 53. 56. vel ab hoſtibus p. 54. Vid. & p. 61. Mortuis omnibus durat habitu p. 54. 59 ſi videlicet unus ſuperſit, p. 59. n. 11 & ſperêtur alii ſubſtituti p. 60. 70. vel ſi conſideretur ut reale p. 56. ſub n. 6. ſecus ſi nullus ſuperſit p. 59. n. 12. & non ſperentur alii ſubſtitui, p. 60. 61. aut ſi perpetuò deſeratur, p. 58. n. 10. vel prohibeâtur novitii ſubmitti p. 66. 70 Collegii deſtructi bona pertinent ad fiſci ſeu Superioris diſpoſitionem, p. 59
Compulſor Apoſtolicus eſt tantum merus Executor p. 57. n. 8
Congregationes S. Auguſtini reguntur per Ariſtocratiam. p. 71
Concilia Lateranenſe & Tridentinũ de libris imprimendis, p. 20. 21. 23. 29.
Contractus ab Eccleſia hoſtili incurſu diſſipata quomodo ineundi. p. 54. 55.

Correlativorum uno ſublato, tollitur & alterum, p.45
Delicta in Societate non tolerantur, ſed puniuntur, p.3. punita non infamant univerſitatem nec Remp. in qua perpetrantur, p.3.4. Delicto conſentiens nec corrigens cum poſſit ac debeat, æque reus eſt ac ipſe faciens. p.4
Dignitas. p.56.n.5
Doctorum quorundam ſuffragia oſtenduntur ſine ullo prævio examine fuiſſe pro F. Romano data, p.4. oppugnanturque p.7. usq. p. 195. nec liberant F. Romanum à calumnia, p.4.6. nec prævalent rei judicatæ à Societate obtentæ. p. 4.6.19.
Variorum Dd. loca recitantur.
Alban. in Bart. *in l. ſicut §. in decurionibus. ff. quod cujusq. Univ. nom.* p.60.70
Ibid. Angel. p.60
Bald. p.52. & 53.56
Caſtrenſ. p.59
glo. civil. p.59
Franciſ. Aretin. *in l. grege legato. ff. de legat.* 1.n.3.p.60.
Alberic. *in l. ſi grege legato. ff. de legat.* 1. p.61
Ibid. Bald. n.22. p.54
Trott. ad Bart. p.61.70.
Alexand. *in l. poſſeſſio. §. municipes. ff. de acq. poſſ.* p.55
Ibid. Jaſon. p.55
Alberic. *in l. Neratius. ff. d. V. S.* p.61
Archidiaconi *in c. ſigratioſè. verb. mirab. de reſcript. in 6.* p.56. Azorii p.63. Baldi in *proœm. ff.* p.57.58 *in l. hereditas* 34 *n.7. &* 8. *de hered. inſtit. in c. Imperialis, §. nos Romanorum. de pace Conſtantiæ pag.* 59. in *Margarita. verb. civitas.* p. 53. 54. Barboſæ. p.70. Bertachini *in repert. verb. Collegium.* p.58.61.62. Bocrii p.69.n.41. Bonifacii. p.65. Cardinalis Zabarellæ. p.58. Choquier. p. 63. Felini. p.68. Ferreti. *lib. 2. conſ.* 242.*n.5.p.*58. Geminiani *in c. Vn. §. confirmatos.n.5. de Rel. Dom.* p.65.*n.* 32. Glo. in *c. ſtatutum,* 122. *de Elect. in 6. verb. Collegiatas* p.59. Ignei. p. 63. Innocentii *in cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* p.56. *& in c. gravem. n.*1. *de ſent. excomm.* p.55. Juris Canonici. p.67. Lavandæ. pag.64. Laymanni p.63.64. Servat. Lairveltz. p.65.67.70. Lucæ de Penna. p.56. Q. Mandoſi p.57. Navarri. p. 66. Panormitani. p.67.68. Petri de Petra. p.70. Val. Reginaldi. p.63. Ripæ p.57. Joan. Salas. p.63. Mariani Socini p.61.70. Suarez. p.70. Aſcan. Tamburini. p.71. *Card. Vuriaci.* pag.69
Duacena Academia quoad reditus annuos pendet à Benedictinis. p. 44.45
Eccleſia Collegiata quando maneat habitu, p.61.62. Eccleſiæ parietes ſeu Univerſitas realis non poſſidet. p.55
De Eclipſi Aſtri judicia varia. p.31. & ſeqq. p.45.46
Editio allegationum jurium parti adverſæ non facienda. p.42
Facultates Reverendiſſimi Abbatis Ochſenhuſani & R.P. Provincialis noſtri examinantur. p.30.31
Falſitatis aliquot modi, p.4. Falſæ inſimulationes Hajanæ. p. 41. p. 71. & ſeqq.

Gene-

Generalibus Ordinum quæ poteſtas in translatione perſonarum. *p.* 66
Injuria irrogata eſt vel ſimplex vel qualificata. *p.*2
Judicialis ſententia prævia cauſæ cognitione lata privatorum Dd. calculis prævalet. *p.*6
Judicium ſincerum & rectum ſolo veritatis intuitu eſt ferendum. *p.*5.
Lavanda ex charitate F. Romanum corripit. *p.*29
Libelli famoſi in jure & Receſſibus Imperii prohibiti. *p.*2.3
Libri cujus authoritate imprimendi. *p.*3
Locus ſacer fatali caſu deſtructus manet ſacer. *p.*70
Malum nemo præſumitur operari. *p.*44
Mens quibus perturbetur. *p.*5.
Modus potētialis ab indicativo differt. *p.*42
Monaſterio relictum cenſetur relictum Deo, ac conſequenter ejus Vicario ſeu Eccleſiæ Romanæ Deum repræſentanti *p.*57. Monaſterii per hæreſin deſtructi bona ſunt in diſpoſitione Superioris. *p.* 57. Monaſteria Ordinis Præmonſtratenſis qualia fuerint initio, quoſque habuerint Superiores, Priores & presbyteros *p.*65. Monialium non ſunt ut membra proprietatis unita Monaſteriis virorum. *p.*67
In Monaſteriis Monialium Religioſi ſunt ſervitores in divinis. *p.*68
Nobilium fundationes. Vid. inf. Romanus.
Nomen authoris ſubinde ex humilitate tacetur. *p.*28
Novitii probati in locorum ſuorum filios aſſcribuntur. *p.*70
De novo quæ emergunt, novo indigent auxilio. *p.*28
Odio proſequens aliquem, ejus non poteſt eſſe judex. *p.*5. Odium quomodo apud Veteres depictum. *p.*5
Præmonſtratenſes quæ objecerunt, in confinibus Horti recitātur. *p.*41 profitentur Regulā S. Auguſtini. *p.* 71.72. qualia ſtatuta condere poſſint. *p.*67. vovent ſtabilitatem in loco ex ſtatutis ſuis noviſſimis *p.*67
Principis ut principis ſeu Superioris poteſtatē negare, impugnare, improbare, eſt ſacrilegium. *p.* 2. quis eam dicatur impugnare. *p.* 3. Ita qui Pontifici negat poteſtatem diſponendi de bonis Eccleſiaſticis morte omnium vacantibus, ſacrilegii reus eſt. *p.*64. Pontifex nō eſt obligatus ea aliis ejuſdē Ord. Religioſis conferre. *p.*64. in omni diſpoſitione ſemper retinet majorem poteſtatem. *p.*65
Id poſſum⁹, quod rectè, quod honeſtè poſſumus. *p.*2
De privilegiis perſonalibus, corporalibus. *p.*62. Corporalia referuntur ad perſonalia. *p.* 63. cum corpore pereunt. *ibid.* niſi ſint cōceſſa in ordine ad locum. *p.* 64. privilegia realia deſtructo per mortē omniū Collegio manent. *p.*53.54
Propoſitio imperſonalis à perſonali differt. *p.*48
In propria cauſa nemo bonus eſt judex. *p.*5
Proteſtatio Dn. Doctorum Duacenorum calumniâ adverſariorum detectâ per ſe ceſſat. *p.*45
F. Romanus aſſociationem bonorū

Digitized by Google

Eccleſiaſticorum traducit. p. 2. argumentatur fallaciter à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. p. 6. à modo potentiali ad indicativum. p. 42. accuſat me temerè falſarum allegationum, p. 41. quæ tamen magnam partem ſunt errores typographici. p. 49. vel perverſæ ipſius interpretationes, interpolationes, mutilationes, confuſiones. p. 50. aliorum Dd. allegationes mihi fraudulenter imputat. ibid. contra rectè ſentientium Dd. pro me authoritates. p. 51. & ſeqq. falſa allegat. p. 36. 37. falſi æquivocatione lectorem decipit. p. 47. 48. 49. veritatem adulterat, mutilat. p. 30. 31. contradicit ſibi ipſi. p. 29. 49. 50. ſuis approbatoribus. p. 19. invidiam conciliare conatur. p. 39. 40. calumniam ſtruit, ibid. & ſeqq. pag. malè citat Gemin. &c. p. 65. 66. impatiens correctionis fraternæ. p. 29. Verba mea immutat, pro iis alia ſupponendo. p. 48. pro (malè) ſupponendo vocem (falsò) ibid. malignè interpretando. p. 44. moderamen juſtæ defenſionis non ſervat. p. 48. 49. nullo conſilio ſcripſit hortum. in præfat. Nobilium fundationes impugnat. p. 3. Summi Pontificis poteſtatem circa Monaſteriorum Conventibus ob incolarum omnium mortem deſtitutorum diſpoſitionem, negat, improbat. p. 2. eam per ludibrium veluti aviculam catenis illigatam conſtringit. præfat. p. 2. & 64. abutitur ſcripturis ſacris. p. 10. 11. juris eſt imperitus. p. 49. malè citat Receſſum Imperii. 1530. Auguſtæ habitum. p. 29. & p. 74. illudit S. Rot. Rom. Auditoribus. p. 50. Ejus calumniæ recēſentur, præfat. & à pag. 7. uſque p. 19. Ex quibus aliquæ judiciali ſententia in ſimilibus ſunt damnatæ. à p. 11 uſq. p. 19. Errores aliqui ipſius deteguntur. p. 28. 49. 50. Ejus Aula & hortus eſt libellus famoſus. p. 2. 3. ceditq; in contumeliam Summi Pontificis, & Societatis infamiam. p. 3

Receſſus Imperii de libris imprimendis. p. 3. 29. & p. 74.

Reſcriptum quando ſub- & obreptitium. p. 21. 22. & ſeqq. Non omnia Reſcripta ſunt ejuſdem formæ. p. 28

Reſp. quæ punit delicta ſubditorum, non poteſt rectè infamari. p. 3. 4.

Sacrilegium quot modis accipiatur. p. 1. committit Principis poteſtatem diſputando negans. p. 1. 64

Sedes. p. 56

Societas Jeſu delicta non tolerat, ſed punit. p. 4

Spes reſtituendi Collegii. p. 60. 61. infirma. p. 70

Suffragia Dd. V. ſupra approbationes.

Tranſlatio perſonarum. V. ſupra Generalis.

Verborum ſuorum quilibet eſt interpres. p. 40. verba non ſunt calumnianda. ibid. potentialis modi quomodo intelligenda. p. 42. dubia in meliorem partem accipienda. p. 44. tolli & removeri tanquam ſynonyma hic accipiuntur. p. 59

Vox permittere, non eſt indigna Imperatore

peratore. *p.*28. vox malè, *p.* 48. (ſicut) nō ſemper omnimodam denotat ſimilitudinem. *pag.* 55. perpetuò, id eſt, uſque ad vitam, *pag.* 58. *n.* 9

Univerſitas facti & numeri & quoad juris intellectum. *p.* 54. 55

Univerſitas eſt perſona ficta repræſentans vivos non mortuos. *p.* 55. ſecus ac hæreditas jacens. *ibid.*

Univerſitas realis Eccleſiæ. V. ſupra Eccleſiæ.

Utens ſuo jure nemini facit injuriam *pag.* 2

FINIS

TRACT. I.

Errata

Errata quædam deſcriptorum & typothetarum ſic emendata legantur.

Pag.3.lin.3.4. Erfurt *Anno.1567.lin.11.* Regenſpurg 1541.*pag.29.lin.31. Anno* 1570.*Spira de libris &c.p.33.lin.11.Societatis.lin.29.rationum.p.35.lin.2. intermoriatur,lin.19.Reverentia Veſtra.p.37.lin.9.potuiſſet.p.40.lin.12.quodque p.43.lin.4.Andream in c.preterea il.2.lin.antepen.Decium.p.44.lin.30.Benedictinorum.p.47.lin.20.malè citari.lin.34.Excellenti.pag.51.lin.17.nominis.p.53. lin.1.Cum.p.62.lin.1.& 12,diximus.p.65.lin.25.interpretatur.*

In Inſcript. *pag.23.CAP.III.ibiq; deleatur Sectio II.*

In Margine. *pag.21.lin.2.obreptitia.p.24.lin.5.in fin. Eadem. p.44. lin.6.cauſativè.*

Si qua alia occurrent, benevoli lectoris manu facilè emendabuntur.

COM.TR.II.